Secundo propter evidenciam sceleris
ii q. i Scelus. Tercio propter scandalum
ii q. v. presbiter enim. Quarto propter
dilapidacionem ut iii q. ii Cara
ca. Quinto propter contumaciam
ut iii q. viii. Decimus. Deinde
est sciendum quod iura tam canonica quam
civilia monet iudices quoslibet
ut summopere praecaveat quod ne ex odii
in maniate ne ex timoris pusilla
nimitate ne ex carnalis amoris
affeccione ne ex amiciae familia
ritate ne ex munerum cupiditate
iudicium pervertunt quia .x. modis

ut dicat Greg. in canone Quatuor
xi. q. iii. humanum peruertitur iudi
cium scilicet odio timore amore cupi
ditate hec sunt quatuor subalia
iudicii Sed prudeant ut sint
imitatores summi iudicis cuius iu
dicium metus excecant ypsa xi. In
dicabit in iusticia pauperes Iudi
ces ergo iusto animo ordine ac cor
recta intencione iudicium exequntur
non enim primo ex ira uel cre
dulitate sed potius clemencia
et pietate et ex intentione iu
sticie conseruande Deutro. xvi
Iuste quod iustum est exequeris
imitari eciam debent deum qui cum
tranquillitate iudicat Sap. xii
Ira enim viri iusticiam dei non
operatur Iac. i Transumptiue
xi. q. iii. ibi exponens Beda
dictum Iac. ait Quia qui ira
tus sentenciam in aliquem profert
et si ille quantum ad se iusta re
portat sentenciam iste tamen qui
non amore iusticie sed liuore
odii in eum sentenciam dedit iustici
am dei in qua perturbacio non
cadit non imitatur Vnde Seneca
narrat libro ii. de ira de quodam
iudice tyranno qui ex ira dap
nauit tres milites innocentes
vnum quia redierat de via sine
suo commilitone imponens ei
quod illum interfecit Preceptumque alteri
militi ut eum ducat ad locum sup
plicii qui cum adductus venit com
milito eius sanus quem videns
centurio cui fuerat preceptum
alium occidere reduxit ambos ad
iudicem quos videns iudex
iratus est dixitque primo te iubeo
interfici quia dampnatus es

Secundo dixit et te similiter quia
causa commilitonis dampnacionis
fuisti Tercio dixit et te iubeo
occidi quia iussus occidere impera
tori non paruisti Vnde Seneca
ibidem O quam sollers est iracun
dia tua ad fingendas causas
furoris tres hic puniti sunt
ob vnius innocenciam Excogitauit
ille quemadmodum tria crimina fece
rat quia nullum inuenerat Sed
iracundia hoc mali non vult re
gi irascitur ipsi veritati si contra
voluntatem suam apparuit Et
ysid. de summo bo. c. lvi Iudex
iracundus iudicii examen con
tueri non valet quia caligine
furoris non videt non debet enim
esse iudex nimis seuerus uel
remissus quia vtraque condicio
reprobatur tam a iure canonico
quam ciuili hec probantur per Greg.
Transumptiue in canone dist.
prima xlv. d. Nec eciam constans
iudex censetur cuius animi motum
vultus detegit hoc dicat l. ad
obseruandum ff. de offi. pres. Pro
eciam secundo ex timoris pu
sillanimitate iudices equitatem iudi
cii peruertere debent Vnde Aug.
vi Confess. parum medium in commen
dacione Alipii collegesii dicat
Et cum quidam potentissimus vellet
sibi licere ex timoris potencie
quod erat per leges illicitum resti
tit alipius premissum premium non
fuit cuius potentie minime calcauit
Et licet iudex in ipsum causam
cum transferret asserens se ab
eo non permitti et licet codices
conflaciendos sibi auferret prius
pretorianis semper prestat et deliberacio

in melius vtit vtiliore iudicans
equitatem qua phibeat. q pti
tem qua pmebat. Vnd dns leuit
xix Noli facere iniquum aliqd
in iudicio Quicquid em tenet pma
qua iudex p metu tulit dicit
uaa canonica et ciuilia qd pc
sed ope exceptois elidi pt ut
in canone Pme quod xxv q
i et ff de fur Interdu et xi q
iii Iniustu Aliqui tame tenet
et dicit q no tenet pm cano
nes et hoc in odiu potentu
qui cogebat pla[os] iudicale et
hoc p canone Pme qd sup
alle et huic pme statur Rota
etiam scdm canones q pma
condicionalis e quintupli[c] alia
est em comi[n]antis ut ho xiiii
q vbi ista Alia consulentis ut
xxviii q c vlt Alia diffini
entis ut q lxiii Salomo tame
Alia ostendentis quid iuris sit v q
vi delatori Alia int[er]loquet[is]
ut iii q vi hoc quippe Non
est tercio ex carnalis amoris
affectione vel amicicie familiari
tatis iudices equitatem iudicij
puertut vbi scdm q Ber[nardum] de
de gradibus humilitatis d[ic]t q qua
druplex iudiciu in scripturis re
pit. Primu est veritatis Ioh v
Dicit audio sic iudico Scdm
iudiciu e odij iuxta illud scdm
legem debet mori dixerut
iudei contra xpm Terciu est
timoris scdm id Ioh xi Si dimi
tima eu sic venient Romani
et tollent nrm locu et gente
Quartu est amoris carnalis sic
fuit de dauid qui noluit pcere
absolon pi Reg xviii Et ideo

statutu est no debere admitti
speciales amicos ad iudicandu ne
fallant ut fallent. Nota ecc
qrto communem cupiditate in
duces iudiciu puertut Vnd Au
gust Ep[isto]la xxxv ad macedoniu
Transsumptive habent. Vn in ca
none Non licet xi q iii ibi d.
Non licet iustu iudiciu vende
iudicia no ideo iudex debz vede
iustu iudiciu nec testis vm testi
moniu quia vendit aduocatus
iustu procinu et iurisperitus
veru consiliu Illi enim vtraq
partem examinis adhibent.
isti ex vna parte consistant
cu autem iudicia et testimonia
cma neq iusta nec vera ven
denda sunt iniqua et falsa
vendut. multo sceleracius vtriq
pecunia sumit. quia scelerate
qmiis a nolentibus dat. Ille ta[men]
solet tamq male sibi ablata
pecuniam repetere qui iustu
iudiciu emit qm venale esse
no debuit Qui vero pinquo
iudici dedit vellet quidem
repete nisi puderet uel time
ret emisse hec p Augustinu
in canone non sane xiiii q
v. Tali venditione nichil inor
dinacius sordidius turpius i
iquius quia iusticia vendere
iniquitatis e Iniusticia vero
vende rabiosa insania Prterea
talis vendit iusticia quam
vende non lz In aliis contr
tibus res vendita alienat.
a venditore et trsit ad empto
rem sed in tali contractu nulla
iusticia lz venditor licet forte
effectus iusticie trsfeat ad emptorem

Unde Tullius et veritatem ipsam
inhonorat et vilificat et quia
ipsam cum sit inpreciabilis exponit
pro precio et ipsum iudicium pervertat
pver. xvii Qui cognoscit in
iudicio faciem non facit bene Ex
predictis ergo concluditur quod iudi
cium liberalitate gratuitum esse debet
non venale vel venditum hoc
etiam approbat Policratus libro v
c. x. dicens quod apud antiquos
illud quod est ex debito officii
gratuitum esse opportet sed si
fiat ad precium in sordibus compu
tatur preterea etiam racione inhibe
tur iudici ne iudicium pervertat
munerum vel pecunie accepta
cione Iudex enim est famulus
iusticie que regina virtutum est
Iudex ergo qui vendit suam
dominam et reginam et prostituit
eam precio quia ut dicitur in poli
cratico ubi supra precium non tantum
dicitur pecunia sed obsequium
et munus omne talis est servus
infidelis qui dominam cui ex fide
tenetur famulari quasi in foro
ipsam distrahit Iohelis iii puellam
vendiderunt pro vino ut bi
berent i. ipsam iusticiam incor
ruptam et sinceram Et non
solum venditor est iniquus sed etiam
emptor ut verificetur de illis
illud Ezech. vii qui emit non
letetur Emptor enim talis sicut
et ex intencione illicit et corrum
pit pessimum iudicem sicut fuit
de balaath qui corrupit ba
laam muneribus et excecavit
Num. xxii Unde ysidorus de summo
bono c. liiii^o Nullus predo
tam cupidus in alienis quam iudex

iniquus in suis Latrones enim in
latebrosis sentibus insidias ponunt
isti palam rapacitatis avaricia
saeviunt Unde petronius Quid
faciunt leges ubi sola pecunia
regnat aut ubi paupertas vincere
nulla potest iam nunc iudicium nihil
est nisi publica merces Et
propterea iudices suos alligat
legibus iuramenti quod omne iudicium
cum veritate et legum obser
vacione disponunt de iuramento
iudicis Tullius de officiis libro iii
c. xi dicit Neque contra rem
publicam nec contra iusiurandum
ac fidem amicicie vir bonus
faciet Et ibidem preclaram
a maioribus accepimus moram
rogandi iudicis Si enim meminerimus
teneremusque que salva fide facere
posset Unde Agellius libro xvi de
ymagine iusticie Crissipus inquit
os et oculos iusticie vultusque
severis ac venerandis verborum
coloribus depinxit Sequitur forma
virginali aspectu vehementi
et formidabili luminibus oculorum
acerbis nec humilibus nec atro
cibus sed reverende cuiusdam tristicie
dignitate et ex ymaginis istius
significacione intelligi volunt
iudicem qui iusticie antistes
est oportere esse gravem
sive severum incorruptum in
adulabilem contra quosque in
probos nocentesque inmisericordem
atque inexorabilem erectumque
et arduum atque potentem vi
et maiestate equitatis veri
tatisque terrificum De tercio no
verunt itaque iudices unusquisque
si spera iudicaverit contra

substancialia iudicij ut est dictum pena
grauissima tam spirituali quam temporali
punietur Et hoc tam de iure
canonico quam ciuili Aliter tamen
punitur iudex laycus et aliter
ecclesiasticus iudex Si enim iudex est
laycus qui male iudicat quacumque
ex causa tenetur leso parte ad
omne interesse nisi induceret posset
illum pro quo tulit sententiam ad ple
nariam restitucionem ut extra de
pena iudicis l. ultima xj q. iij Quicumque
et secundum leges multas alias pe
nas debet sustinere Debet eciam
preter restitucionem imponi peni
tencia tamquam pro grauissimo crimine
xj q. iij Quicumque Si vero ex ig
norancia iniuste iudicat tenetur
secundum leges in quantum est equum vi
debitur religioni iudicantis ff de
va. et extra or. cog. l. ultima
In iudicio tamen anime tenetur ut in
primo casu si in culpa fuerit scilicet
quia sciuit uel scire debuit se insu
fficientem et iudicatam tulit cau
sam presumpsit et idem si erat
sufficiens sed neglexit studere
et videre quod debuit minus
tamen agendum cum illo quam cum
isto qui scienter fecit Ultra tamen
dicit quod racio predicta de igno
rante quod debuit se scire suffi
cientem etc non habet locum
nisi in ordinario qui debet esse suffi
ciens officium suum exequendum De
legatus autem quia sepe ex
certa scientia delegantur est mirus ig
narus dummodo sit bonus et talis
ex necessitate obediencie male iu
dicat sed in bona fide et de con
silio peritorum non tenetur Ad idem

dicit Ray. Si talis iudex qui tulit
iniquam sententiam deceptus est per asse
ssorem talem quem communiter sufficientem
putabat Si autem talis iudex
sit ecclesiasticus suspensus est per annum
ab execucione officij et debet con
dempnari ad estimacionem litis parti
quam leserit Et si suspensione
durante ingesserit se diuinis sit
irregularis nec nisi per papam
poterit liberari de sen. et re.
iudic. Cum eterni li. vj De pena
vero corporali male iudicantis nar
rat valerius li. vj c. iij. d. Quod
cum quidam iudex male iudica
sset Rex cambises pellem eius
corpore detractam selle iudica
torie deposuit et in ea filium
illius post eum iudicaturum sedere
iussit Noua enim pena ne quis
postea iudex corrumpi posset
prouidit Hic eciam precepit lex
diuina deutronomij xvj Iudices et
magistratus constitues in omnibus
portis tuis ut iudicent iusto
iudicio nec aliqua parte declinent

Octauum septimi autoris
preceptum Numquam iudica
Postquam autor in proxime prece
denti precepto prebuit documenta
ipsi iudici pro tribunali in iudicio
sedenti qualiter in iudicando
equitatem et rectitudinem serua
re debeat et hoc suadere prime
posset sed propter aliquam leuem
suspicionem moueatur et tunc
tale iudicium temerarium ac eciam
iniquum nuncupari poterit
et valebit In tanto autor
in presenti precepto iudicem ipsum
instruere intendit ne per talem
leuem suspicionem quemquam

iudicare debeat in eo quod dicit
Nime iudicari pro cuius precepti
intelligencia ac obseruancia e
sciendu q quamuis iudicium sit actus
iusticie nichilominus tamen sumitur hic
sumitur iudicium pro conceptu et
actu quolibet humane et iudicatorie
opinionis ad quam uel in quo
mortalis quilibet sua credulitate
firmatur Circa quod sciendum sum-
me cauendum est ne secundum appa-
renciam uel proprium beneplacitum
iudicemus quoniam plerumque tale iu-
dicium non est verax quoniam sicut
vinum uel electuaria dulcia et
suauia infirmis amara videntur
et contraria quod siquidem ex ipsorum
electuariorum et vini amaritudine
non procedit cum secundum de se dulcia
sint et bona sed ex amara sto-
machi corrupcione uel palatum
firma interius permanente proce-
dit Sic reuera plurimi sunt
mortales qui ex celeritatis ma-
liciis earundem tanta sunt intus
corrupcione difformes quod proximum
suum licet innocentem et iustum
malum iudicant iuxta corruptum
beneplacitum eorundem sed quia plures
sunt infirmis ipsorum spernenda sunt
iudicia cum non ex defectu proximi
sed ex corruptis et falsis ma-
chinacionibus suis corruptum et
falsum iudicium causetur quibus vero
in iustis et impiis contrarius est ve-
ritatis et odiosa iusticia hoc est
quod scribit Augustinus in libro confessionum
dicens Palato non sano pena
est panis panis qui sano su-
auis est et oculis egris odio-
sa est lux que puris oculis est
amica Et iusticia tua displicet
iniquis Et propterea dicit Tullius
libro primo de oratore plura enim
homines odio iudicant aut amore
aut cupiditate quam veritate aut
iuris norma Sunt et alii qui
ex non malicia intellectualis arte
sed ex ignorancie leuitate hominem
iustum et sapientem existimant
ex habitu uel ex aliquorum sollem-
pnitate uotorum vel vestium apparencia
quorum siquidem erroneum est iudi-
cium cum infinite sint species ypocri-
tarum et aliorum fraudulencium et
ignoranciam habencium sapiencie et
iusticie faciem et apparenciam
bonitatis Et vere sicut plerum-
que sub ymagine seu pictura
aurea latet lignum marcescens
sic sub apparencia bonitatis et
sapiencie latet ignorancia grandis
ac eciam anima tenebrosa propter
quod scribitur Johannis vii Nolite secundum
faciem iudicare Quare iudica-
tores huiusmodi proprie imitatores sunt
belue que tigris dicitur Nam
belua agilis est et seuissima
et raptis filiis summa celeritate
insequitur venatores et inuenien-
tes in itinere clipeos vitreos spe-
culares dimissos per venatores
ibidem circa ipsos detinetur et
occupatur et in specularis clipeorum
perspiciens videns faciem et yma-
ginem eius et sic sensualiter
credens per speculatam et resul-
tantem faciem et ymaginem
ipsius ibidem filios inuenisse
in sua bestiali credulitate deci-
pitur propter quod venatores cum
filiorum preda illesi effugiunt et
ipsa belua sub falsa ymaginis
apparencia perditorum patitur filiorum
Sic filii per apparenciam iudicantes

plerumq3 decepti confusione mar-
runt in ipsoru iudicijs et pdunt
intelligenciam racionis Et sic no
ex ignorancia veru no ex pollem^te
vboru sed veru et causaru certa
sciencia expigencia et operacionib3
manifestis debet sapiens iudicare
quia sicut ~~sup~~ scribit Aristoteles p^o
metha^ce Sapientis e posse assig-
re cas et cognosce rem p ertitu
dinem Et ppterea dicit Tullius iij^o
de offic^s Nec quicq3 agas cuius ro
nem pbabilem redde no possis
Ita et in pposito Nam ex h^c ipo
q quis h3 mala opinione de a
liquo absq3 sufficienti ca iniuriat^r
ei Si ex hoc ipm contempnit
nullus debet aliud contempnere vel
nocumentu quodq3 inferre absq3
causa exigente Et ideo nisi de
malicia alicuius appareant manifesta
iudicia debemus eu bonu hre int
pretando illud quod dubiu e in me
liorem partem Et melius e q quis
frequent^r fallat^r habens bonam
opinionem de aliquo malo hoie
qm q rarius fallat^r habens ma
lam opinione de aliquo bono
quia ex hoc fit in iuria alicui
no ex p^o ex^o de re iur Estote
et sic in dubio et ex suspicione
nullus debet aliu iudicare qui
crebro iudicat sepissime peccat
testante veritate que ait Nolite
iudicare ut no iudicemini Math^t vij
luce vi. ij. q. j Deus omnipns
Ad hoc est optime sic^t quod
aplus dicit p^a ad Coro iiij^o
Nolite ante tempus iudicare h^mc
sine concor theo. sa 2e q. lx Sed
si volumus accipe pnus documentu
p iudicio quod ppe e actu iusticie

tunc ut supra dictm est si ex su
spicione aliqua pcedit ad aliquem
condempnandu hoc directe ad
iniusticiam ptinet et sic tale iu
diciu sine mortali pcto minime
fieri pt Unde concludendo hoc
pceptu generalit ad omnes se ex
tendit ut no temere iudicare
alios debeamus du dicit Nolite
iudicare quasi velit dicere q no
p leues suspiciones faciendu
e iudiciu ut solu p illas suspi
ciones ad iudicandu moueatur
Ad pmissoru intelligenciam magis
in speciali est de infra scriptis du
bitabilibus querendu Et primo vtru
licitu sit aliquem iudicare vel no
iudicare Et primo videt^r q no
sit licitu iudicare tali racione no
enim infligit^r pena nisi p illicita
to sed iudicantibus imminet pena
qua no iudicando effugiunt sm
id Math^t vij^o Nolite iudicare ut
no iudicemini quod tu suppletur
habet^r xxiij q. j in pn^o ergo
iudicare e illicitu Ppterea dicit
aplus Ad Ro xiiij Tu quis
es qui iudicas seruu alienu
suo dno stat aut cadit Tu supp
tur in canone nulla xxiij
q. j in pn^o Dns aut om deus
est ergo nulli homini licet iudi
care Ppterea nullus ho e sine
pcto sm id p^a Joh j^o Si dixe
rimus q pctm non habemus
nosipos seducimus sz peccanti
iudicare non licet sm id ad Ro ij.
In excusabilis es o ho omnis
qui iudicas In quo enim alteru
iudicas teipm condempnas eadem
enim agis que iudicas ergo nulli
licitu est iudicare In contrariu sit

quod scribitur Deut. xvi Iudices et magistros constitues in omnibus portis tuis ut iudicent populum iusto iudicio Circa huius questionem dicendum est quod iudicium inquantum est licitum importat actum iustitie sicut ante ex predictis patet Ad hoc autem quod iudicium sit iustitie actus tria maxime requiruntur Primum quidem ut procedat ex inclinatione iustitie Secundo ut procedat ex auctoritate vel presidentis autem Tercio ut proferatur secundum rectam rationem prudencie quodcumque horum defuerit est iudicium viciosum et illicitum Uno quidem modo quando est contra rectitudinem iusticie et dicitur iudicium perversum vel iniustum Alio quando homo iudicat in hiis in quibus non habet auctoritatem et sic dicitur iudicium usurpatum Tercio modo quando deest certitudo rationis puta quando aliquis iudicat de hiis que sunt dubia vel occulta per aliquas leves coniecturas et dicitur iudicium suspiciosum Ad primum ergo dicendum quod dominus prohibet ibi iudicium temerarium quod est de intencione cordis vel de aliis incertis ut Augustinus dicit in libro de sermone domini in monte vel prohibet ibi iudicium de rebus divinis de quibus cum sint supra nos non debemus iudicare sed simpliciter ea credere ut Crisostomus super Mattheum dicit Vel prohibet iudicium quod non fit ex benivolencia sed ex animi amaritudine ut Crisostomus dicit Ad secundum dicendum est quod iudex constituitur ut minister dei Unde dicitur Deut. i^o quod iustum est iudicate Et postea

subdit quod dei est iudicium Ad tertium dicendum est quod illi qui sunt in gravibus peccatis non debent iudicare eos qui sunt in eisdem peccatis vel minoribus ut dicit Crisostomus super id Mt. vii Nolite iudicare et precipue est hoc intelligendum quando illa peccata sunt publica quia ex hoc generatur scandalum in cordibus aliorum Si autem non sunt publica sed occulta et immineat necessitas iudicandi propter officium potest cum humilitate et timore arguere et iudicare Unde Augustinus dicit in libro de sermone domini in monte Si invenerimus nos in eodem vicio esse congemiscamus et ad equaliter puniendum nos invitemus Nec propter hoc homo seipsum condempnat ut novum condempnacionis meritum sibi acquirat Sed quia condempnans alium ostendit se condempnabilem esse propter idem peccatum et simile Secundo queritur utrum per suspicionem sit iudicandum Ad huius questionem breviter videlicet quod sicut Tullius dicit suspicio importat opinionem mali quando ex levibus indiciis procedit quod contingit tribus modis Primo quidem ex hoc ut aliquis malus in se ipso malus est et ex hoc ipso quasi conscius sue malicie faciliter de aliis malum opinatur secundum illud Eccl. x In via stultus ambulans cum ipse sit insipiens omnes stultos existimat De materia vide in prima parte in vicio Preceptum xviii De curiis si quis cum suspicione Secundo modo provenit ex hoc quod aliquis male afficitur

ad alterum Cum enim aliquis contem
nit uel odit aliquem uel mastat
uel inuidet ex leuibus signis esti
mat mala de ipso quia vnusquisque
faciliter credit quod appetit De
malicia consilii require in ultimo pre
cepto circa partes medie Miraris
modus Et patet medium Tercio
prouenit ex longa experiencia
vnde philosophus v Rethorice dicit Seniores
sunt maxime suspiciosi quia multo
ciens experti sunt aliorum defectus
Prime autem due suspicionis cause
manifeste pertinent ad prauitatem
affectus Tercia vero causa suspi
cionem diminuit in quantum experien
cia ad certitudinem proficiat que
est contra racionem suspicionis
Et ideo suspicio vicium quoddam
importat et quanto magis procedit
suspicio tanto magis viciosum
Notandum autem est eciam quod triplex
gradus suspicionis inuenitur Primus
gradus est ut homo ex leuibus
indiciis de bonitate alicuius dubita
re incipiat et hoc est veniale
et leue peccatum pertinet enim ad temp
tacionem humanam sine qua vita ista
non ducitur ut habetur in glosa super illud
j ad Cor iiij Nolite ante tempus
iudicare Secundus gradus est cum ali
quis pro certo maliciam alterius
extimat ex leuibus indiciis et
hoc si sit de aliquo graui est pec
catum mortale in quantum non est
sine contemptu proximi Vnde glosa
ibidem subdit et si ergo suspi
ciones vitare non possumus quia
homines sumus iudicia tamen idest
diffinitiuas sentencias continere debe
mus Tercius gradus est cum ali
quis iudex procedit ex suspicione
ad aliquem condempnandum et
hoc in decreto admistrat pertinet
vnde est peccatum mortale

Decimum octauum auctoris
preceptum pugna pro patria
prius preceptum est pertinet ad quandam
speciem iusticie videlicet ad pie
tatem que se extendit ad amo
rem parentum et patrie et que
ad modum reddere tenemur debi
tum hiis qui fuerunt principium nostre
propagacionis in esse sicut pare
ntibus ita tenemur reddere debitum
illi qui est principium nostre conuer
sacionis conseruacionis et educa
cionis scilicet patrie et est conueniens
reddicio debiti ut sicut per patriam
conseruamus in esse naturali
ita tu pugna pro patria ut ipsam
conserues in esse ciuili ne ab ho
stibus destruatur Pro cuius euidencia
est sciendum quod cum iusticia diuidat
secundum ea que debemus et quibus
debemus tamen quedam debemus
omnibus ut dilectionem veritatem
et fidem quedam vero non omnibus
sed aliqua superiori aliqua inferiori
aliqua pari aliqua eciam spe
cialiter debemus nobis aliquo specialiter
cognatis et parentibus nec non
et patrie beniuolis hoc totum
debitum soluit pietas secundum Tullium
Et ideo quantum ad propositum
spectat est nunc prosequendum Sed
notandum est quod quatuor sunt
que principaliter mouere debent nos
ad conseruacionem et defensi
onem patrie sue Primum est ve
terum auctoritas ad hoc inducens
Secundum est ipsius racionabilitas
hoc approbans Tercium est vir
tutis semper delectabilitas ad hoc impellens

Quartum est ipsius patrie multiplex
utilitas ad hoc alliciens. De primo
dicit Tullius libro de officiis c. xviii
Sed omnium societatum nulla est carior
quam ea que est cum re publica. Uni
cuique nostrum cari sunt parentes cari
sunt liberi propinqui familiares
sed omnes omnium caritates patria una
complexa est pro qua quis bonus
non dubitaret mortem appetere si ei
sit profecturus. De secundo etiam ratione
de intrinseco patet. Nam quanto bonum
aliquod generalius est et utilius
tanto magis illud bonum est eligen
dum agendum et observandum.
Sed commune bonum patrie exce
dit omnia bona singularia quia
propter bonum et potenciam civitatis
et rei publice singularibus civibus
de iusticia providetur. Et propter
tale bonum omnibus singulariter
et specialiter violenciis et offen
sionibus honestius conservantur
quod quidem ex speciali bono
particulari et privato contingere
non valeret. Et sic in bono com
muni patrie concluditur et servatur
omnis utilitas singulariter. Et
propterea dicit Tullius ubi supra
omnes omnium caritates una ca
ritas patrie complexa est. Qui
autem virtuosus semper propter suum spe
ciale bonum racionabiliter promo
vendum et propter conservacionem
sui ipsius naturaliter inclinetur
et agat et agendo pro bono
et ordine racionis ad bonum
et conservacionem sui teneatur
fatigari ac etiam eius exponere
vitam et in hoc non debeat
mortis evitare periculum ad pro
mocionem et conservacionem

boni communis quod singulare
bonum excedit erit licita exposicio
hominis vite et in hoc mortis non
est fugiendus eventus agendo
pro bono et ordine racionis. Hoc
autem quod scribit Tullius in sua
Rethorica veteri dicens Non modo
communis commodi causa laboris acci
piendi sed vitam amittendi ex
istimo. Et ideo in libro 2° Rethorice
nove Nullum est periculum quod sapi
ens pro salute patrie arbitretur
vitandum. Hoc autem approbans et
commendans philosophus in 3° Ethicorum
dicit proprie utique dicetur fortis
qui contra bonam mortem erit
impavidus supple pro defensione
patrie vel alia racionabili causa.
Unde Augustinus libro xviii de civitate dei
ca. xvii admirans fidem et
dileccionem Codri ducis athenien
sium qui pro defensione sue pa
trie et suorum salutem morti spon
te se tradidit. Unde legitur quod
cum initum bellum esset inter athe
nienses et ptolomeum accepissent
quod in responsum quod illi essent victores
quorum dux primus occideretur. Co
drus salutem rei publice et
patrie sue preferens in habitu
pauperis transivit ad hostes et
cum iurgiis et contumeliis
per ipsum prolatis adversus ipsos ho
stes provocatur ad mortem et ipsius
occisione. Nam secundum responsum
maluit mori pro suorum conserva
cione quam etiam vivere sine ipsis.
Et propterea scribit de ipso Virgilius
Et iurgia Codri. De isto ecce
Codro narrat Valerius libro v°
ca° vi°. De tercio etiam docet
canonica et civilis lex. Ad hec

etiam compatriotas impellit Unde Ambro. li° de offic. Et transsumptive in canone fortitudo xxiii q. iii d. que fortitudo que bello tenet a barbaris patriam vel domum defendit. Et leo papa. iii. q. viii dicit Si quis pro veritate fidei et defensione patrie mortuus fuit adeo celeste premium censet. hoc etiam probat lex civilis ff. de iust. et iur. ubi dicit lex illa quod patria honoranda et diligenda est ac etiam est ei parendum ut qui eam delet infamis est ut dicit l. infamie ff. de veli. De quarto etiam hoc probat ipsius nominis patrie diriuatio seu ethym. patria autem dicitur pares ta per que tria tres magne utilitates inde sequuntur compatriote et propter quas tenentur patriam amare et pro ipsa totis viribus pugnare. Prima utilitas quam consequitur ex patria est quia parit necessaria ad sustentationem vite corporalis scilicet alimenta quibus pascuntur indumenta quibus teguntur habitacula quibus a pluvia vento et estu ac etiam a frigore protegunt et conservant. Secunda utilitas quam consequitur ex patria est quia parit necessaria ad delectationem et conservationem humani generis Nam in patria homines crescunt succes sive et multiplicantur que successiva multiplicatio conservat genus humanum Unde patria implet quod dixit deus gen. i Crescite et multiplicamini. Tercia utilitas quam consequitur ex patria est quia parit necessaria ad instructionem et eruditionem

vite moralis scilicet rectores doctores iudices per quos in bonis moribus informantur et a viciis refrenantur et in scienciis promouentur hec omnia sunt in patria bene disposita et ordinata Unde propter predicta bona que patria parit et prestat merito unicuique dicat autor de patria Pugna pro patria vel moraliter pugna pro patria scilicet celesti hec enim terrena habitacio proprie loquendo non est nostra patria sed locus nostri exilii hic enim secundum apostolum non sumus cives sed advene Ex premissorum intelligentia magis in speciali est de ista serie dubitabilibus querendum. Et primo utrum aliquod bellum sit licitum Breviter huic quesito respondetur secundum tho. 2a 2e q. xl. quod ad hoc quod aliquod bellum sit licitum tria requiruntur primo auctoritas principis cuius mandato bellum est gerendum non enim ad personam privatam pertinet bellum mouere quia potest ius suum in iudicio superioris prosequi et intellige principis sive ecclesiastici vel qui pugnat pro ecclesia sive principis secularis xxiii q. i Quid culpatur. Et secundum vel Sufficit auctoritas inferioris dignitatum ad defensionem sibi subditorum qui quibus alius prudicere se iuvare non potest. Secunda causa iusta ut scilicet illi contra quos bellum mouetur ex aliqua culpa hoc meruerunt Unde Aug. in libro questionum dicit Iusta bella debent diffiniri que ulciscuntur iniurias sit gens vel civitas plectenda est que vel vindicare

C.

neglexerit q̄sita sunt impbe fac-
tum est uel reddere q̄d p iniuria
ablatum est xxiij q. ij Dnus T
ao requirit̄ intencio recta que sc̄
intenditur ut uel bonū p̄moue-
atur uel ut malū vitet̄ vnde
nō licet fieri expodio et hm̄ᵍᵈⁱ
Sed pp̄ter iusticiā et caritatem
ut in p allegato canone Quid
culpatur et c militare Sunt
etiam alia duo que ponuntur a
quibusdam requiri in bello iusto
vl3 ut non sit p̄sona cui bellare
non licet utputa clericꝰ ut in
canone clerici xxiij q. viij S
hoc est pp̄ter specialem phibi-
cōnem que dupli͛ considerari
pt̄ p̄ma est generalis quia ex-
citā bellor̄ inquietudines hīnt
et multū impediunt a diuinorū
contemplacōne et a laude dei
et ab orōne p̄ populo que ad
officiū ptinent clericorū Se-
cunda est specialis quia clerici
ordinant̄ ad ~~specialis~~ altaris
misterium in quo sub sacramēto
repn̄tant̄ passio x̄i ad Cor
vi Quocienscumque manducabitis
panem hunc et calicem bibetis
mortem dn̄i annunciabitis donec
veniat Et ideo nō competit eis
occidē uel sanguinem fundē nec
etiam arma portare absque iusta
causa puta si trāseat p loca
periculosa ad tiīmorem latronū li-
cet portare nō debeat ar xxiij
q. iij Maximianus nisi forte
vim vi repellendo Item ut
fiet p repeticōe vel pace de-
fensione uel hm̄ᵍᵈⁱ ut xxiij
q. viij ca. i et ad hec redu-
cantur ad iustam causam ut in

pnti p̄posito Et sic hec pugna-
re p pace ut autor in ᵒ dicat
Nota secundū canones q̄ sacra- Nota
mentum misse etiam a malis
sacerdotibus est audiendum et
maxime dum ab ecclia tolleratur
et ante sentenciam ut viij q. iiij
Nonne. quia tale sacramentum
conficientibus pocius nocet q̄ aliis
q̄d octo pbatur exemplis Primo
p exemplū facis accense que aliis
lucet et sibi nocet xv. q. vlt
c. vltᵒ Secundo exō lixiuij
quia velut lixiuiū alios lauat
et nō lauatur lxxxiij d. c. Cum
q̄m Tercio exō canalium lapi-
deorū quia velut p lapides ca-
nales trāseunt ad locum fertile
i q. i Si fuerit Quarto quia
non suis virtutibus sed x̄i sacramen-
ta conficiunt de conse. d. p̄ma
P̄anis est in altari Quinto q̄
indignus sibi manducat et bibit
et non aliis i ad Cor xi Qui
sumit indigne iudiciū sibi mandu-
cat et bibit et i. q. i. p ysaia
Sexto quia ipse xp̄us vene-
renciam eis exhibuit dum ad
eos leprosos misit de pe d. i Quē
penitet Septimo quia sicut
sacra sic nec sol ab immundis
locis coinquinantur d. xiv Se-
cundū Octauo quia sacramenta
a Iuda tradita nō sunt repbata
i q. i. Queri posset aliquis de
tali q̄stione videlz Virū q̄s si ali-
quis suadet alicui q̄ exponat
se periculo ~~uel~~ p pace uel iure
suo sit irregularis Videtur quod
si mortuus non est irregularis etsi
si iste cui consulitur e moriatur
xxiij q. iij Pro mebris et cetera

et q. viij argui et cum seq. Sed
si staret cum verisimiliter mori
turum irregularis fieret idem hosti
xiiij Secundo queritur utrum filius te
neatur obedire duci exercitus papi
enti quod pugnet pro patria contra
patrem suum quando pater patriam
suam impugnaret. Et primo
ad partem negativam illud induci
tur quod primo posteriorum habetur
~~habetur~~ dicitur enim ibidem propter
unumquodque tale et illud magis
ubi gratia Diligo propter deum
paupertatem ergo magis diligo
deum sed filius tenetur patrie propter
patrem. Iam omne esse quod habet
filius in patria et propter patriam
utputa esse secularem et potentem
divitem sapientem et similia habet
propter esse naturale quod habet a patre
ergo magis tenetur patri quam
patrie ergo non debet pugnare
pro patria contra patrem. Pro par
te vero affirmativa in contrarium
sit quod dicit Aristoteles quod magis
obediendum est duci exercitus in belli
cosis quam patri. Ad hanc questionem aliter
respondere potest theologus theologice
loquendo primo ad hanc questionem
respondebit sic theologus quod Si enim
pater carnalis vellet contra pa
triam et honorem patris celestis
utputa quando pugnaret contra fidem
et contra ecclesiam quod tunc filius de
beret pugnare contra patrem
et ista responsio est vera et catholica
per ea que in prima questione sunt
exposita. Sed quia nullus catholicus
ambigere debet ideo non est hic sta
dum. Aliud autem respondebit moralis
philosophus pure moraliter et politice
procedendo credo quod respondebit quod in hoc
casu

ducem sapientem et non sapientem
si non contradiceret quod debet filius
pugnare contra patrem. Et ma
xime quando dubium esset quis haberet
iustum bellum an pater vel patria et
multo magis quando constaret quod pa
tria haberet iustum bellum contra patrem.
Hec positio politica potest multi
pliciter confirmari. Et primo sic in
quocumque casu potest pater et debet se
exponere morti et filium suum ut
vel filius potest exponere patrem mor
ti quia pater magis cavere debet
ab offensa sui ipsius et filii quam
filius ab offensa patris eo quod ma
gis diligit se pater et filium quam
filius patrem. Sed pater politice
loquendo laudabiliter exponit se et
filium morti pro defensione pa
trie ergo filius potest exponere patrem
morti pro defensione patrie hoc
autem probat lege civile ff de re
li. Et autem pater politice loquendo
laudabiliter seipsum exposuerit
morti pro defensione patrie narrat
Augustinus ubi supra de Codro
rege Athenien. Et valerius
idem dicit. Etiam patres exposuerunt
filios morti pro defensione reipublice
dicit Augustinus libro de civitate dei c. iij
de Bruto qui filios suos compre
hensos et ad palum ligatos se
curi percuti iussit quia dominationem
Tarquinii a se repulsum redu
cere nolebant. Secundo sic
unaquaeque res desiderat perpetu
ari in suo esse ut 2o de anima
dicit philosophus. Et quia res non
possunt perpetuari in se ipsis desiderant
perpetuari in alio et maxime in specie
sua et hec est una de causis
quare patres diligant sic intente filios

suos quia credunt se in eis Et
hec est etiam racio quare hoi
nes delectantur facere opera
que maneant post mortem sua
ex quo regulariter est verum quod
quilibet diligit maxime illud in
quo credat diu permanere memoria
sua quia saluatur esse suum in
illis quantum ad esse opinabile vel
memoriale Cum ergo esse memo
riale et opinabile magis fueret
in consumacione ciuitatis quam pa
tris quia ciuitas naturaliter
vel saltem presumptiue durare
debet quam pater ergo magis debet
pugnare pro conseruacione patrie
quam patris hec opinio confir
matur per Tullium iii de officiis
vbi inquirens an si pater cona
bitur tradere patriam an silebit
filius dicit utique Ex hiis condu
ditur quod in casu preposito filius potest
pugnare contra patrem Ad ar
gumentum in contrarium videtur potest
quod quando aliquid inest duobus ita
quod vni propter aliud tunc bene se
quitur quod magis inest illi propter
quod inest verbi gratia diligo
magistrum propter discipulum ergo ma
gis diligo discipulum Bene se
quitur dilectio inest magistro propter
discipulum et ideo sequitur quod di
scipulus magis diligitur Sed
quando aliquid inest duobus per
aliquod aliud et inest illis eque
principaliter et immediate tunc
non sequitur quod insit magis
vni quam alteri verbi gratia dis
gregare visum conuenit al
bedini niuis et lactis non tamen
conuenit vni propter aliud ergo
non sequitur albedo lactis disgre

gat visum ergo magis albedo
niuis disgregat Similiter hoc dico
hic amor patrie contingit patri
et filio sed non contingit per se
filio propter patrem quia pater non
causauit in eo istum amorem
patrie Primo filius tenetur patrie
equaliter et primo et immediate
Et ideo non sequitur pater te
netur patrie ergo filius magis
tenetur ut arguebat Et propterea
a quo filius pugnat contra patrem
impugnantem patriam non pa
se pugnat contra patrem sed
contra hostem per hoc facit l
xime ff de rele sup all Et
illa obligatio qua filius est patri
obligatus tunc cessare videtur
ad tempus Pater enim pugnans
contra patriam filii videtur vel
le subtrahere a filio esse et
vitam quam sibi dederat propter
quam filius sibi obligatur Nam
destructa patria filius male con
seruaret esse suum et suam vitam
Et sic patet conclusio

Decimum nonum auctoris pre
ceptum Iusiurandum pura
Postquam autor in primo precepto
prebuit rudimenta spectancia ad
primum riuulum id est speciem primus
primum paradisi fluminis scilicet iusticie
per quam specialiter inducimur ad
primum actum religionis vel latrie
exhibendum deo in oracione suppli
catiua dicens Itaque deo supplica
Subsequenter licet inestiancialiter
et valde a remotis inducere nos
intendit ad tercium actum latrie
scilicet ad Iusiurandum per quod ordina
mur ad reuerenciam deo exhiben
dam quia hoc ipso quod quis per deum

iurat deum psitetur veriorem
et q eius veritas est infallibi
lis et p quos testatur deu omi
cognitorem et sic aliquo modo
reuerenciam deo exhibet iurado
Unde Jeronim⁹ sup mt Qui iu
rat aut veneratur aut diligit
eu p quem iurat Unde apud
gentiles Jusiurandu erat vo
catur in phi° retha° valde
honoratissimu Ad hoc autem
ut no exhibeatur deo reuerecia
iuramentu no seruado inducit
nos autor in hoc pcepto iura
mentum seruare dum dicat Jus
iurandu serua quasi velit i ue
Serua iuramentu tuu ut sit fir
mu et stabile ita ut piuriu no
incurras vel aliter Serua id ẜ
considera anteq pmitas ut rite
id facere valeas Proinq tame
pcepti euidencia ut eciā obsua
ria est sciendu q homo no deb
in omnibq smonibq sub iura
pstare sed in pmissionibq sub
fidem seruare et attende hoc e
quod scribit Salom Eccī xxiii
Juracoī no assuescat os tuu
multi enī casus in illa Et pte
a scdm mandatu e Non assu
mes nome dei tui in vanu
Et Augq ho de madato dni
loquitur sic in pposito dico vob
no iurare omīo sz ne iura
do ad facilitatem iurandi et
ex facilitate ad consuetudine
veniatur et ex consuetudine ad
piuriu decidatur Nam sicut
habetur pud vii° Multu iuras
replebitur iniquitate et no rece
det a domo ipsq plaga Est
ergo piculose iuracoibs insidia

consuetudo vitanda Et impta
phi documentu in peccet ad ulle
xandru In pmissis suanda
est fides veritatis Nam loquis
phus i pposito eidem allexa dro
sic scribit Caueas Allexr ne
infringas fidem datam et federa
confirmata nā hoc conuenit
infidelibq iuuenibq et meretabq
serua pmissa fideliter quia omēs
infidelitate consequitur finis ma
lus Et si ex fidelitate infrīge
da aliquid boni eueniat tame
ipsa sciencies e mala et exim re
pboru de gne malor Scias
ergo q p fidem sit homi con
gregacio ciuitatu inhabitacio
vnorum commixio regu dnacio
p fidem castra tenentur ciuitas
seruantur reges dnantur Ca
ueas ergo fidelissime pricepts
fidem datam infringe serua si
militer tua iuramenta et federa
eciā si sint grauia Nam cū destc
comis regni barbaroru et sci
tharu fuit quia reges eoru v
tebantur iuramentis ad fraudem
et decepcionem homi et pxia
rū ciuitatu fidem frangentes
et federa que fuerut ad salute
huam generis stabilita Et
ideo equitas iustissimi indicas
hoc amplius sustine no potuit
h phus in secretis fidem ergo
nedum amicis vrm eciā inimicis
talibq psitutam optime suaue
runt antiqui ind ut narrat
Augq ho i de ciui dei c xv
ac ecc Tulliq ho ii° de offic
c ii Asserentes q cū marcus
regulq dux eet captiuus
a Carthaginesibq missus Roma

veniens venit in senatum et captivos reddi vel commutari negavit esse utile eo quod illi essent adolescentes boni duces. Ipse autem senectute confectus et cum retineretur a propinquis et amicis redire maluit quam fidem hosti datam falsare non ignorans se ad crudelissimum hostem et ad exquisita supplicia proficisci tamen iusiurandum observandum putavit. Et premissorum intelligencia magis in speciali est de infrascriptis sex dubitabilibus querendum. Et primo que fuit vel esse potuerit causa institucionis iuramenti. Huic quesito breviter respondetur Extra c. i quod duplex fuit causa. Prima propter infirmitatem non credencium utputa cum aliquibus suadetur aliquod bonum et non credunt verbo simplici introductum est quod possimus iurare. Et hoc secundum Augustinum non est contra xxii q. i et c. Si peccatum. Secunda causa ideo fuit permissum propter vitandum ydolatriam propter quod concessum fuit iudeis iurare per deum ne iurando per creaturam in ydolatriam inciderent. Et secundum Ieronimum in canone Considera xxii q. i. Est ergo iuramentum bonum licitum et meritorium quando per ipsum proximo subvenitur unde in psalmo Domine quis habitabit in thabernaculo tuo etc. Et sequitur Qui iurat proximo suo et non decipit. Non tamen appetendum est et assuescendum ad iuramentum propter periurii periculum. Propter quod non nisi ad necessitatem vel utilitatem ut est

dictum est iurandum ut asserit Augustinus in canone Ita ergo xxii q. i. Et sic intelligendum est quod quandoque iuramentum prohibitum reperitur. Secundo queritur utrum auctoris preceptum sit passe in omni casu servandum ex eo quod auctor dicat Iusiurandum serva. Huic quesito breviter respondetur quod iuramentum quod vergit in deteriorem exitum non est servandum. Vergit autem in deteriorem exitum sex modis. Primo quando iuratur aliquid quod est mortale peccatum per se utputa quod perpetrabit adulterium in quo casu peccat et iurando et iuramentum adimplendo. Secundo quando iuratur aliquid indifferens quod ex circumstancia efficitur mortale ut si iuro quod non exibo de domo licet illud sit indifferens ad bonum et ad malum tamen si supervenit preceptum obligatorium efficitur mortale si non exeam. Tercio quando iuramentum excludit opus pietatis ex caritate faciendum ut quando iurat quod non dabit aliquid istis ex caritate. Quarto quando denovo emergit aliquid quod fuit impedimentum sicut fuit iuramento herodis qui iuravit puelle saltanti se daturum quod peciisset. Hoc enim iuramentum poterat esse a principio debitum et licitum intellecta debita condicione scilicet si peteret quod dare liceret sed implecio iuramenti fuit illicita quia fuit passum caput Iohannis baptiste xxii q. iiii est etc. contra officium. Quinto cum excludit opus de genere bonorum ut cum iurat quod numquam velit esse clericus

vel religiosus vel q nunquam ieiuna
bit vel q nunquam dicet psalterium
vel q nunquam celebrabit usque ad me
sem et huiusmodi et in hoc casu pec
cat quidem iurando quia ponit
obicem spiritui sancto sed multo
melius facit non implendo. Sexto
cum excludit opus in differens
pia intencione pro deo et proximo
faciendum ut si quis iurat q non
loquatur martino uel non intrabit
domum eius uel non coquet ad
furnum eius uel non vendet ei
rem pro modico precio q tali uel q
non comedet ad mensam cum eo
si aliquis iurat huiusmodi in diffe
rens credo q propter huiusmodi iura
mentum non debet a talibus decli
nare et maxime ut tollatur
scandalum proximi contra quem
iuratur. In primis autem tribus
credo q posset quilibet sic iu
rans auctoritate propria contraue
nire sed imponenda est ei penitencia
de temerario iuramento. In reli
quis autem tribus casibus huiusmodi
iuramenta non sunt obligatoria
nec imponenda sit penitencia pro
transgressione eorum tamquam pro
mortali non expedit tamen
propria auctoritate contravenire nisi propter
urgentem necessitatem non debet
Tum propter reverenciam sacramenti
tum propter scandalum simplicium qui
reputant se incurrere periurium et
inde incurrit facilitatem labendi
in periurium et in detractione im
petenda est absolucio a superiore
qui huiusmodi iuramenta debet facili
ter relaxare uel pocius ostendere
sic iurantes non fuisse obliga
tos et penitenciam imponere de teme-

rario iuramento satis huius con
cordant theologi et tho. prima secunde
q. lxxxix. ar. vii. ubi vero li
citum est iuramentum ~~ubi vero licitum~~
~~est iuramentum~~ semper est conservandum
licet etsi illicitum sit ex modo iura
di ut c. Si aliquis xxii. q. iiii.
Et in decre. Debitores de iu
iur. Isto modo intelligi debet
ac eciam servari auctoris precepta
Tercio queritur que exigunter
ad hoc ut vere fiat iuramentum
dicendum est secundum tho. 2a 2a q.
lxxxix. eciam tenet Ray. quod in
...tad
... ad hoc ut vere fiat iura
tria exiguntur scilicet veritas iudi
cium et iusticia. Ier. iiii. Iurabit
vivit dominus in veritate et iudicio
et iusticia xxii. q. i. et Iurabit
Si ista tria uel aliquod istorum
defuerit periurium dicitur xxii.
q. ii. Animadvertendum dicit enim
uber in glo. Et periurium dicitur
mala iuratio male enim iuratur
qui negligenter et indiscrete iu
ratur sicut iuratur Iosue Ga
baonitis Iosue x. Et david
contra nabal regem primo Regum
xxv. et qui assidue sic sicut
iurant ribaldi contra illud
Ecclesiastici xxiii. Iuracioni non
assuescat os tuum. Primo quidem
et principaliter periurium est qui deest ve
ritas quia iuramentum principaliter
ordinatur ad confirmacionem
dicti humani cui confirmacioni fal
sitas opponitur. Secundo autem
qui deest iusticia. Tercio qui
deest iudicium. Veritas ergo primo
debet semper esse in consciencia
id est ut firmiter sciat ita esse
hoc alias si credit tantum non debet

de consciencia sed de crudelitate
iurare Judicium eciam dicitur discre
ta deliberacio .i. ut non iuret
eciam leviter nisi propter necessitatem
.i. cum suadet alicui aliquid verum
quod ei expedit vel utile est cre
dere etiam non vult credere sim
plici assercioni xxii. q. i ita
ergo Justicia vero quod id quod
iuratur licitum sit et honestum
xxii q. i Ita ergo et se demum
dum Et si xpus Quarto que
ritur utrum periurium sit mortale
peccatum huic questioni respondet tho
2a 2e q. xcviii dicens quod periurium
ex genere suo est mortale peccatum
quia importat contemptum dei
nec excusatur a peccato mortali
non implens eciam quod coacte
iuravit potest tamen per auctoritatem
pape ab obligacione iuramenti
absolvi presertim si coactus fuit
tali metu qui cadere posset in con
stantem virum minor tamen penitencia
imponitur tali Item non excu
satur a mortali peccato qui ioco
se periurat quia non devitat
divinam irreverenciam ymo quan
tum ad aliquid auget Similiter
et ille qui ex lapsu lingue per
iurat siquidem advertat se iu
rare factum esse quod iurat non
excusatur a peccato mortali sicut
nec a dei contemptu Si autem
hoc non advertat non videtur
habere intencionem iurandi et ideo
Addi a crimine periurii excusatur Nota
secundum canones quod periurium dicitur
quinque modis primo transgressione
iuramenti ut vi q. i Quicumque sa
cris Secundo falsa iuracione
ut xxii q. ii Beatus Tercio
reatus periurii ut xxii q. ii ho
mines Quarto in cauta iuracio
ut de xxv q. alias Quinto in
famia periurii ut vi q. i Infa
mes ultra prius Sexto queritur No
utrum peccat qui ab aliquo ex
igit iuramentum Et primo videtur
quod sic Dicit Augustinus quod veritas
ewangelii non recipit iuramentum
ergo qui recipit facit contra
veritatem ewangelii ergo peccat
Contra Judex ecclesiasticus non
recipit testes sine iuramento ergo
ordine iudiciario excercere non
potest sine peccato sed hoc est falsum
ergo non peccat iuramentum exi
gendo vel recipiendo Solucio
dicendum quod refert utrum exigens
iuramentum ab aliquo sciat eum
falso iuraturum an non In primo
enim casu graviter peccat Jura
mentum exigendo quia homicida
est quod sicut Augustinus ille de suo peri
curio se interimit sed iste manum
interficientis impressit Nota fuit -8-
quidam qui provocavit alium ad
periurandum qui in nocte in vi
sione ductus est ad iudicem excelsum
et admirabilem et interrogatus
quare tu provocasti hominem ad per
iuracionem cui respondit ille quia
michi negavit rem meam Non
ne melius erat ut rem tuam
perderes quam animam illius falsa
iuracione perimeres et ille presta
tus iussus est cedi et cesus est
tam graviter ut in dorso eius
evigilantis vestigia plagarum
apparerent Dictumque est ei deinceps
caveas ne sic facias Sane
intelligendo que dicta sunt de
bent intelligi de persona privata

non publica scilicet iudice set
privata persona exigit propria volun
tate sed publica ex necessitate
secundum iuris ordinem unde sibi non
imputatur sive sciat ipsum deiurare
sive non Item secundo casu refert
utrum ideo exigat ut fides ple
ori ~~ex~~ habeatur et tunc non peccat
aut quia sine hoc nulla fides ha
beretur et tunc aut movetur dubi
tando non peccat aut distinendo
tunc veniale peccat peccato suspi
cionis Ad argumentum augusti
videlicet Intelligendum est quod veritas
Ewangelii non recipit iuramentum
passim et indistincte sed in casibus
Sexto queritur que pena veni
at pro peccato puericie imponenda
dicendum est secundum canones quibus
debet imponi penitentia tamen in
spectis circumstanciis magis vel
minus aspera penitentia est impo
nenda Item pueri sunt infa
mes usque i nec amplius ad te
stimonium admitti debent ut in
canone Rubrica xxxii q v
et c parvuli ea q et c Non
obstante quod de tali puerio pe
nitenciam agat ut legitur et no
tatur in decretali Testimonium
de testibus

vicesimum preceptum

Vicesimum autoris pre
ceptum Maiorem ne
contempseris Istud
preceptum includitur sub tercia specie
iusticie scilicet observancia que est
virtus quedam per quam minores
informantur qualiter honorem et re
verenciam maioribus debent ex
hibere et maxime hiis qui sunt
in dignitate constituti et qui habent
particulare dominium super hominem vel
super aliquam creaturam ac eciam
qui habent officium gubernandi
et regendi respectu alicuius rei sicut
principes habent civitates gubernare
et cives in rebus civilibus Duces
autem exercitus in rebus bellicis et
magister in discipulis Verum quia a
liqui ex talibus superioribus reperiuntur
aliqui in tantam superbiam elati quod
minores parvipendunt ac eciam
contempnunt ex eo quod minores ex
cedunt in aliqua gracia corporali tem
porali vel eciam spirituali propter quod
ipsi minores retrahunt a reddendo
ipsis maioribus debitum honorem
secundum quod hec virtus observancie
requirit ideo autor in hoc precepto
informare intendit maiores et
superiores a talium contemptu ab
stinere debere dum dicat Maiorem
te ne contempseris quasi velit i
nuere quod quamvis precellant minores
in aliquo dignitatis gradu vel
alicuius virtutis vel eciam etatis quod non
lomo propter hoc debeant ipsos
minores contempnere Et hoc est
quod scribit Salomon Eccli iiii
Non verearis proximum tuum in
casu suo Et eciam apostolus ad Ro
xii sic dicit quod sicut in uno
corpore multa membra habemus
omnia autem membra non ha
bent eundem actum Ita et multi
unum corpus sumus in Christo singu
li autem alterius membra etc
Super isto precepto non est hic
instandum quia supra in secunda
prohemiali parte capitulo xli sufficienter
est de ipso tractatum xxi

sine cerere et bacho friget venus
Nota Nota quod quadruplex aqua re
peritur in scripturis / Prima aqua di
citur insipiens et hec est triplex scilicet
cupiditatis vnde in Ewangelio Joh
iiij Qui bibet ex hac sitiet iterum
Iniquitatis vnde dictum fuit ruben
Effusus est sicut aqua Genes
xlix / peruersi dogmatis qui dimit
tit aquas caput est iurgiorum prouerbiorum
xvij Secunda aqua dicitur deficiens
et hec est triplex vita multorum populi
bibentis vnde secundi Regum xiiij omnes
dilabimur sicut aqua / penalitatis
ps Submersi sunt sicut plu
bum in aquis vehementibus ipse populi
mota illud Apocalypsis Aque multe
populi multi Tercia aqua dicitur
proficiens scilicet doctrine vnde in
Ewangelio Joh x Aqua quam
ego dabo fiet in eo fons salientis
in vitam eternam Spiritualis
intelligencie vnde in Ewangelio
Joh ij Implete ydrias aqua
Quarta aqua dicitur proficiens
regeneracionis vnde in Ewangelio
Joh iij Nisi quis renatus fuit

ex aqua et dominice passionis
ps xxi Sicut aqua effusus
sum / perpetue seruitutis ps primo
Erit tamquam lignum quod plan
tatum est secus decursus aquarum
Tercio dico quod ultimum remedium
est a mulieribus et maxime a me
tricibus elongatio dicit Ambrosius
quod in alijs expectandum est conflictum
sed hanc fugite ne approximetis
quia non aliter melius vinci potest
Possunt eciam addi alia remedia
scilicet vita honesta occupacio vn
de poeta Ocia si tollas perire cu
pidinis artes vnde de dauid legitur
quod dum fuit ociosus in pallacio
vidit Bersabee secundi Regum xi
Et propterea Jeronimus in canone
Vnde de conse di v dicitur Semper
aliquid boni operis facito ut
te dyabolus inueniat occupatum /
Sapiencie amacio que desursum
est primum quidem pudica Jacobi
iij Et Jeronimus ad rusticum mona
chum Ama scientiam scripturarum /
et carnis vicia non amabis /
mortis consideracio et oracio specialiter
autem contra temptacionem huius pre
cepti confugiendum est ad beatam vir
ginem / que mater est puritatis
Secundum quod docet / fuge meretrices
ac eciam penitus euitare / sunt
canonica iura hec inhibencia
vnde Augustinus in confessionibus dentium
meretrices esse ad meretrices acce
dere / prohibet dominus / quarum publi
ce venalis est turpitudo hec
vero transsumptie habentur in
canone meretrices / xxxij q
iiij Archidiaconus in rosario predicta
auctoritatem exponit dicens Ad
dicitur non erit meretrix prohibet

metrices esse/ tu vero dicat/
non erit scortator/ phibet ad
metrices accede. Et ideo in hac
auctē Deut^m simplex fornica
cio phibet^r non omnis. sed
tum metrice. sed statim suppo^t
q omnis simplex fornicacio p
hibet^r in decalogo/ saltē interp
tatiue. Sed nota vtile dictam
int fornicacionem. Stuprum. A
dulterium incestum et raptum. for
nicacio videt^r esse generis cui
libet illiciti coytus/ specialit
tamē intelligit^r in vsu soluta
rum. Stuprum vero ē illicita
virginum defloracio. Adulterium ē
alieni thori l. vxoris violacio
Incestus ē consangwinearum vl affinium
abusus/ et etiā sanctimonialium/
Raptus ē cu puella violent
et contra eius vl parentum
voluntatē educat^r ut corrupta
in vxorē habeat^r xxxvi q. i
Cum ergo vel etiā ut in
concubina habeat^r. De raptu
c. Cum causa/ extra. Quare
sit maius et grauius pctm inter
omnia pdicta/ dicendum ē q in
cestus quia ē contra naturalē
reuerenciam quam debemus psonis
coniunctis. Adulterium grauius ē quam
Stuprum/ quia maior iniuria
fit in abusione mulieris al
terius ptati subiecte. quo ad
vsum generacionis quam subiecte
ad sola custodiam. Vtrumque au
tem aggrauat^r p violenciam
Et ideo raptus virginis ē grauior
quam simplex stuprum/ et raptus
vxoris quam adulterium. Hec
igitur omnia aggrauat^r sm racio
nem sacrilegii quam sit psona deo

sacrata rapit^r. Simplex autem
fornicacio minima ē int pctā lu
xurie/ racio ē quia fit cu minori
iniuria pximi. Sed vtrum sim
plex fornicacio sit mortale pctm
Breuissime dicendum scdm Tho.
2a 2e q. c liiij q ē pctm mor
tale. et q absq dubio tenendum
ē q simplex fornicacio sit pctm
mortale nō obstante q Deutro^m
xxiij dicat^r sup id Non erit me
trix etc. superius allegat^r. glo.
ad eas phibet accede/ quarum
ē venalis turpitudo. Non enim
debet dici venalis. sed venalis
quod ē ppositum meretrici/ Et d^r
meretrix a merendo/ quia met^r
pcium libidinis. Et quibus scdm
canones pcium meretricum sit illicite
acqsitum/ nō tamē ipsa accepcio
ē illicita. sed ex quo acquiritur
ē illicitum/ sed quidē trāsfert^r
dominium nec competit repeticio
vnde quod accipit retinē pt
et elemosina fit de eo fieri pt
nō oblacio publica ad altare. Ut
ē sentencia Augg' in canone. Non
sane xxxiiij q. v. Tercium quod
docet meretricē fuge sunt antiquorum
exempla ad hoc inducencia. Vnde
legit^r q cu paris helena du
xisset plurimi quidam ad eam
videndam pgentes/ et eius
pulchritudinem videns vultum
operuerunt dicentes/ ffugiamus
hanc meretricem. Dicit enim
naturaliter magis nocet oculis
vide rem albam. quam nigram
sic magis nocet aīme inspice
pulcram quam fedam. Eccl ix^o
Auerte faciē tua a muliere comp
ta/ ffigura d' sampsone. De quo

legit² Judicum xvi quem Dalida meretrix sup genua sua dormire fecit et rasis septem crinibus captus ȝ et excecatus Item de malicia cuiusdam meretricis quam quidam nobilis in vxorem habebat etiam legit² quod ipse meretricem suum in quadam turri ipsam incluserat vbi nullus preter ipsum accedebat cumque illa diu in illa turri inclusa fuisset quadam die prospiciens per fenestram vidit iuuenem quendam quem cum ad libidinem inuitasset respondit iuuenis Quomodo inquit cum tu sis sub claue inclusa fieri te possem uel accedere ad te Respondit meretrix quod postquam maritum suum in nocte inebriasset et opium in potum instruxisset et qui mortuus obdormiuisset furato claue aperto hostio exiret et sic vterque eorum suo desiderio frui posset quod cum in multis noctibus factum fuisset et illa antequam maritus euigilaret redire ad illum consueuisset diluculo tandem maritus comperta malicia in nocte cum illa potum sibi propinaret solum bibere se finxit et cum dormire se fingeret more solito illa ad lecatorem exiuit et maritus de lecto exiliens eam extra hostium clausit cumque illa redisset perpetrata nequicia inueniens clausum hostium audacter quasi nichil fecisset mali ut aperiret clamat Et ille mala meretrix inquit amodo non intrabis nequicia tua nullo modo celare potes amodo ad latus meum non iacebis Illa autem negans peccatum satis manifestum rogabat ut aperiret et ad ultimum dixit nisi michi aperueris ego me piciam in puteum Cumque ille nollet aperire illa accipiens magnum lapidem proiecit in puteum qui cum cadens in aqua magnum fecit tumultum credidit que nobilis quod mulier se in puteum proiecisset Tum ille dolens et timens ad puteum cucurrit ipsa autem clam intrat et tonitruum eius fortiter clamat dicens latro nunquam amodo mecum iacebis tu modo redis de meretricibus tuis ego volo de te conqueri omnibus vicinis parentibus et amicis Statim autem die mulier facit insana conquerens aduersus maritum fortiter clamat vicini et amici congregati sunt Ecce inquit qui me quottidie tenet in hac turri inclusam fame et siti afflictam ipse de nocte vadit ad meretrices me dimittens in hac turri solam quid plura cum vir ille nobilis adulterum obiceret tandem clamoribus mulieris deuictus que sibi false opponebat obmutuit et culpa mulieris qui tristis sunt in maritum quia crediderunt omnes multiloquo mulieris virum innocentem adulterum reputantes Et sic hec meretrix tergiuersatoe praue defensionis et false accusacionis non solum virum sed et ceteros taliter illusit Narrat et Valerius libro j quod cum Cornelius Scipio in hyspaniam missus eo momento quo castra intrauit omnia que voluptatis causa erat

iussit ut auferrent / vnde et
duo milia scortorum abexygatu
legitur abiecisse Sicut enim vir
industris quod voluptas effeminat
et voluptuosos eneruat Exem
plo ergo predictorum meretrices
penitus sunt fugiende et qui
tocius preceptum totaliter amplec
tendum Meretricem fuge / et
vxori tue legittime adhere
vnde Crisostomus Sicut crudelis est
et iniquus qui castam dimittit
vxorem / sic fatuus qui tenet
meretricem Transsumptiue hunt
verba in Canone Sicut xxxii
secunda q. i. hoc est contra errorem
illorum qui dampnant matrimonium
asserentes opus carnale quod
cum vxore exercet / fornica
cionem esse / Ad hoc probandum
illo verbo apostoli prima ad corinthios vii
propter fornicacionem vnusquisque
vxorem suam habeat / ergo for
nicacio ut ipsi dicunt est cum
vxore / sed ipsi male intelligunt
apostoli verba in hunc inducunt erro
rem Debet autem sic intelli
gi apostoli verbum / propter fornicacionem /
non propter fornicacionem faciendam /
sed euitandam / simile est ad ro
iiii Traditus est propter delicta
nostra non facienda / sed destruenda /
et est vulgaris modus loquendi
vnde aliquis dicit / ferre pel
licium propter frigus non faciendum
sed cauendum etc.

Quinquagesimum autoris pre
ceptum primo de tempera
ncia postquam autor supra in quadra
gesimo vi° precepto circa
copulam prebuit rudimenta
ad sobrietatis virtutem inducencia

per quam docet reperire cibi mode
rata cibi sumpcione et nisi mo
deret / ex hoc crapula generat /
que anime et corpori periculosa est
et nociua Hic vero in presenti
precepto subsequenti prebet rudi
menta omnibus generaliter et
quibusdam specialiter quod tempera
re debeant gustum nedum a nimia
cibi sumpcione verum eciam ab om
ni moderata ingurgitacione que
anime et corpori periculosa est et
nociua que ebrietas vulgariter
nuncupatur Pro cuius euidencia
est sciendum quod duo sunt specialiter
ebrietatis officia vnum est cauere
excessum in cibo Aliud est cauere
excessum in potu contra istos
excessus bonam doctrinam prebet
Seneca dicens Ede citra condita
tem bibe citra ebrietatem et hoc
est quod dominus luce xxi dicit Attendite
ne grauentur corda vestra crapu
la et ebrietate Transsumptiue
in decre a crapula de vi et ho
de ex Notandum ergo quod crapu
la tripliciter sumitur / quandoque sumitur pro
excessu in cibo et de tali cra
pula loquitur sapiens Ecclesiastici xxx
xvii propter crapulam multi pe
rierunt Quandoque vero sumitur pro exce
ssu in cibo et potu simul De hoc
loquitur apostolus ad Ro xiii Non
in commessacionibus et ebrietatibus
Quandoque etiam sumitur nomine ebrie
tatis quandoque pro excessu in cibo
uel potu Nota eciam quod sobrietas
ponit modum non solum circa quanti
tatem cibi uel potus sed eciam
quantum ad omnes circumstancias quia
cum sobrius est sumit cibum et potum
quantum quando et quomodo debet Deinde

sciendum q duplex e modus siue
mensura ad sobrietatem pertinens
Unus attenditur in comessacione
nature vnde mensurate sumunt
cibum et potum qui sumunt quod
necessarium e et sufficiat nature
Inmoderate vero sumunt qui plus
q necesse est sumunt et iste ex
cessus pt esse venialis et mor
talis vnde non omnis talis exce
ssus destruit virtutem sobrietatis
Alius aut modus attenditur in
operacione boni temporalis ad eternum
vnde secundum hoc sumat quis modum
in sumendo cibum et potum qui tem
porale bonum non prefert vel equat
bono eterno Inmoderate vero
se h3 sumendo cibum et potum qui
temporale bonum prefert vel equat eter
no et talis excessus e peccatum
mortale et destruit virtutem sobrie
tatis Attendens igitur autor
q in temperancia potus que fit
per ingurgitacionem vini maxime
in conviviis confusionem inducat
pro tanto tribuit hoc preceptum ad so
brietatem inducens d. vino
te tempera quam velit innuere
q modico vino te temperare
debes hoc e temperate vti quam
ipsum bibis quia subtiliter et sua
uiter ipsum bibere debes non ipsum
ingurgitando vel aliter vino te
tempera i. tempera vinum cum aq
ua e forte vel fumosum vel tem
pera appetitum tuum ac etiam gustum
ab omni inmoderata vini sumpci
one Nam intemperate comminatur
dominus ysa v Ve qui potentes
estis ad bibendum vinum et viri
fortes ad miscendum ebrietatem
Ad huius precepti intelligenciam et

observanciam est breviter sciendum
q quatuor sunt que retrahere
nos debent ab omni inmodera
ta vini sumpcione primum e scriptu
re sacre multiplex comminacio Se
cundum e multorum malorum incursio
Tercium e sacrorum canonum de
testacio atque pene inflictio Quar
tum e exemplorum antiquorum
inductio Dico primo q ab omni
inmoderata vini sumpcione nos
retrahere debent divine commina
ciones et prima comminacio quam
fecit dominus pro(verbiorum) xxiii d. Cui
ve cui patri ve cui rixe cui
fovee cui sine causa vulnera
cui suffossio oculorum glossa super
isto vero dicit inmoderatus haustus
vini interioris et exterioris vi
sus ingerit cecitatem Sequitur
Nonne hij qui commorantur in vino
et student in calicibus epotandis
Secunda comminacio habetur ysa
xxviii Ve corone superbie ebri
is effraym et flori decidenti
glorie exultacionis eius qui erant
in vertice vallis pinguissime er
rantes a vino Dico secundo
q retrahere nos debent ab in
temperata vini sumpcione incur
sio malorum corporalium et spiritua
lium in quibus incurrunt hij qui
intemperati circa usum vini exi
stunt Multa namque mala corpus
et animam destructiua emanant
ab aristotele li° vi° secretorum c. v
d. Nam vinum inmoderate sumptum
primo obscurat intellectum Secundo
impedit sensum Tercio turbat
cerebrum Quarto debilitat virtutem
naturalem et calorem quinto gene
rat oblivionem Sexto omnes

quinque sensus maxime ledit quibus regitur et per dispergit tota operacio corporalis Septimo appetitum fugat Octavo cathenas corporis debilitat et iuncturas Nono tremorem manuum generat / Decimo lympidine oculorum obsturat / Undecimo calore attendit et destruit epar / quia eius sanguinem reddit grossum Duodecimo colorem corporis denigrat / exinde pruerunt timor et tremor et horror et sompnolentia fantastice visiones corrupcio / debilitatio genitalium destructio sensus / abhominatio stomachi / distemperat corruptorem generat corporis grossitudinem et quod deterius est lepram inducat / et sic est de genere venenorum Si igitur inmoderata vini sumpcione tantum leditur corpus quantum leditur anima mea certe hec clare attestantur Augustinus et Gregorius ceterique alii multi doctores Augustinus dicit quod ebriosus ad absorbet vinum absorbetur a vino / abhominatur a deo et despicitur ab angelis deridetur ab hominibus Item ebrietas aufert memoriam dissipat sensum consumat intellectum concitat libidinem involuit linguam corrumpit sanguinem omnia membra debilitat vitam diminuit et omnem salutem exterminat / Et Gregorius ebrietas est blandus demon dulce venenum suave peccatum quam qui habet non se habet / quam qui facit non facit peccatum sed est totus peccatum Et quia illecebra gule poculum intrat ad quas

ideo propter quod Christum significant dicitur ne intuearis vinum cum flavescit et cum splenduerit in vitro color eius / ingreditur blande sed in novissimo mordebit / ut coluber et quasi regulus venena diffundet Item multi in scriptura reperti sunt qui propter ebrietatem mala perniciosissima perpessi sunt / et mortem secundum quod infrascripta exempla demonstrant / Primum exemplum est de Cham filio Noe / qui propter patris ebrietatem in servitutem redactus est ut Genesis ix Et Ambrosius in canone Sexto die xxxv dicit Cham non esset hodie servus si ebrietas non fuisset Secundum exemplum est de loth qui propter ebrietatem commisit incestum hystoriam huius habetur Genesis xix / et in pallegeis canone non habetur Quia ebrietas fuit o... huius incestus pessime vege neratus partus deterior dicit glossa / quod vinum ex se produxit duos effectus / primo ebrietatem deinde incestum Tercium exemplum de holoferne qui propter ebrietatem a Judith hebrea occisus secundum hystoriam Judith xiii / Ex his quod ab inmoderata vini sumpcione retrahere nos debent / sacrorum canonum detestatio / atque pene inflictio / quod ex ebrietate tam clerici quam laici etiam ipso iure inponi habent / Circa quod attendendum est / quod quinque generibus personarum specialiter convenit temperatos esse in usu vini Et primo clericis quorum intemperancia potus specialiter impedit ordinandos secundum Hugonem non quia vinum sit malum immo bonum ut dei creatura / sed quia ex eo

frequenter sequitur ebrietas ut h3
in decre. Et si xpus de mice
im ex. Prima ebrietas e fo
mes et mtr omi vicior ut as
serit canon. Ante oia xxxv d.
Ideo clericis maxime vetatur e
brietas quia om viciorum ut dic
tum est fomes e et mtr. Item
alie extant huius prohibitionis cau
se. una quia vinolencia e inci
tativa libidinis ut dicit Ieron
in q i xxxv d. Venter mero
estuans cito despumat in libidi
nem. ubi ebrietas ibi libido
dnatur et furor. Secunda causa quia
impedit devocionem ad deum et dis
crecionem prov xx luxuriosa res
vinum et tumultuosa ebrietas
quicumque hiis delectatur non erit
sapiens. Hec duo sunt maxime
necia ministro dei qui ambulans
in via inmaculata hic m ministra
bat et acceptus e regi minister in-
telligens. propter hoc ministri tem
pli cum sua vice fungebat in tha
bernaculo prohibebantur vinum bibe
re et siceram ne ebrietate gravaren
tur corda eorum ut sensus semper
vigeret et tenuis esset leviti
ci x. Prima quidem inebriat sta
tum mentis evertit ut Ieron
in canone vinolentum xxv d. et
in figura temulencie extiman
de et sobrietatis tenende in sac
dotibus evvangelice. Quanto enim dig
nitas e excellencior persona hono
rabilior conversacio celestior et
operacio spiritualior tanto magis cave
da e vinolencia vel ebrietas quia
reverendam dignitatem vilificat perso
nam dehonestat conversacionem
infamat et operacionem debitam no

impendit. Pena aut clericorum qui
ebrietati deserviunt secundum Ray q n
est si amonitus non desinat. Si
est epus presbiter ut dyaconus de
ponatur. Si est subdyaconus
uel inferior vel eciam laycus co
mmunione privetur vel verberetur
hec probatur in canone Epus au
omnia xxxv d. Et incidit circa
pula de vi et ho. de. ex. in
hac summa est hostie. Tercio principi
bus et regibus necno et rege
tibus omnibus quia per specialem sa
pienciam debent populum sibi sub
ditum gubernare. unde prov xxxi Ro
li regibus dare vinum quia ubi re
gnat ebrietas ibi nullum latet
secretum ne forte bibant et obliv
iscantur iudiciorum et mutant cau
sam filiorum pauperis. Cave ergo
debent tales lascivia et temu
lencia ad eorum pravum exemplum
ad vinolenciam subditi conmitantur
propterea Gregorius sup id Iob primo
Cum biberent vinum in domo pa
tris primogeniti eorum. i. dicit
Cum maiores voluptati deserviunt
minorum moribus lascivie frena
laxantur. Tercio senibus quia
in eis debet vigere usus racionis
ad aliorum erudicionem quam impe
dit inmoderatus usus vini. Ideo
summe cavere se debent senes ab
excessu in alimentis et potibus
quia ut dicitur in li. Saturnalium
Senes cicius inebriantur hoc ideo
quia eorum corpus e siccum et me
bris durioribus et naturales me
atus observantur. Et ideo exala
cio ad cerebrum ascendit. Contra
mulieribus quia in eis non est
sufficiens robur mente ad hec ut ¶

concupiscenciis resistant Sume
etiam caue sibi debent mulieres
ab immoderatis alimentis et ma
xime ab usu vini quia ut
valerius li° ii c. i. narrat usus
vini olim Romanis feminis igno
tus fuit/ unde multi cauebat
antiquitus/ ne uxores vinum bi
berent/ uel saltem non excede
rent/ et hoc propter ebrietatis co
tumeliam earundem/ propterea Eccli
xxvi scribit Mulier ebrio
sa ira magna/ et contumelia/
et turpitudo illius non contegetur
unde idem valerius li° vi. c. iii
ait Egnatius metellus uxorem suam
eo quod vinum bibisset fuste percus
sam interemit/ idque factum non
accusatore tantum sed reprehensore
caruit/ vno quoque existimante op
timo exemplo illam violate
sobrietati penam persoluisse Et
Augustinus ix confessionum narrat/
quod mater matris sue erat quedam
decrepita/ que propter senectam
et optimos mores honorabatur
et curam matris Augustini et al
terius ancille gerebat/ que non
permittebat eas preter horas
quibus ad mensam parentum mo
deratissime alebantur/ etc si ex
causa deficerent siti/ nec aquam
bibere sinebat/ precauens consue
tudinem malam/ et addebat ver
bum sanum Modo aquam bibitis
quia in potestate vinum non habetis
Cum autem ad maritos veneritis facte
domine apothecarum et cellariorum
aqua sordebit sed mos bibendi
permanebit Sic frenabat au
ditate tenerioris etatis/ et
ipsum puellarum sitim formabat
ad honestum modum ut iam non
biberent quod non deceret et tu
nc sua puella bibebat vinum
ad mensam parentum de coppa
eorum et ad illud modicum modi
ca quottidiana addendo mea
consuetudine prolapsa est ut plenos
mero caliculos hymant haud
ret Et cum ancilla cum ea liti
garet obiecit hoc crimen/ vo
cans eam meribulam/ quo illa
stimulo percussa respexit fedi
tatem suam/ confestimque dap
nauit et exuit Valet igitur
multum ad perfectam sobrietatem
tenendam educacio et ordinata
instructio Quinto et ultimo stude
tibus/ quia in eis debent vige
re tria scilicet humilitas castitas et
sobrietas Obmissis primis duobus
quantum ad presens spectat Restat
de scolarium seu studencium sobrie
tate dicendum Pro quo sciendum quod
quemadmodum ad debitam dispo
sicionem interioris oculi non
tollit solum et impedit humor
carnalis concupiscencie quantum ad lu
xuriam Vinum etiam tollit quan
tum ad gulam Ita ut ait Seneca
Copia ciborum subtilitatem impe
dit Et psalmus dicit Turbati sunt
et moti sunt sicut ebrius et
omnis sapiencia eorum deuorata est
Et Ieronimus contra Iouinianum Sa
piencie operam dare non possumus
si mense habundanciam cogitemus
Ipsam ut idem dicit Epistola lxi
Non est eiusdem hominis vina
degustare et prophetas vel apostolos
intelligere Et ideo Salomon
Eccli ii c Cogitaui a vino
subtrahere carnem meam et animum

meum differre ad sapientiam. Cum igitur sobrietas mense et studium sapientie sint connexa et tanto federe sociata, indecens est veris scolasticis si vacent epulis ut studeant calicibus epotandis. Ideo introeundi sunt pueri frugaliter ut Boecius de disciplina scolarium in principio. Et Agellius libro in ait pueros impubes compertum est si plurimo cibo nimioque vino uterentur hebetiores fieri atque illinc e[?]lia tarditatem corporumque contra fieri [illegible] adolescere quod etiam narrat Varro in hystoriis de educandis liberis. Et predicto Boecius ut supra ait quod oportet scolasticum cavere ab ebrietatibus et comessationibus quia vinum immodice sumptum intellectum videtur acuere conficere[?], non modice sumptum rationem perturbat, intellectum hebetat, memoriam enervat, oblivionem inducit, errorem infundit, ignorantiam producit. Ubi enim ebrietas ibi furor predominat et ubi furor ibi nulla sapientia sed insipientia principatur. Oblivio enim comes est ebrietatis, Macrobius libro primo. Unde legitur quod scolaris quidam socio suo qui relicto studio comessationibus et ebrietatibus intendebat ita scripsit: Tu qui disciplinalis militie[?] et libris omnia postposueras, nunc codices ad calices transtulisti, scribere in bibere mutasti[?], et nunc productus egregius potator, qui prius fueras notatissimus disputator, plus studens in calicibus quam in codicibus, plus vacans in comessationibus quam in lectionibus, plus in Salmone quam

quam in Salomone studens. Non est hec mutatio dextere excelsi. Iste male observabat auctoris preceptum libatus[?] vino de temperantia. Propter quod et ultimo quod ab omni immoderata vini sumptione retrahere nos debent antiquorum exempla. Et quia supra dictum est quod ebrietas est fomes peccati et mixtum omnium viciorum, ideo quantum ad hoc inducam exemplum illius heremite, qui cum temptaretur redire ad seculum, dicat ei angelus: ne recedas, quia si ad seculum redieris tria vicia regnant in seculo, videlicet cupiditas, luxuria et ebrietas, quorum si unum vel duo evitaveris, tercium non evades. Tamen si vis ad seculum ire et redire, elige istorum unum quodcumque volueris, quia necesse est sic fieri. Tunc dixit heremita: hic non possum amplius manere, omnino volo ad seculum redire. Sed quia aliquod istorum viciorum, ut dicis, non possum evadere, et in optione mea est eligere, tercium eligam. Non cupiditatem, quia est radix omnium malorum, sicut dicit apostolus. Non luxuriam, quia non solum coinquinat animam sed et corpus secundum apostolum prima ad Corinthios vi c.: qui fornicatur in corpus suum peccat. Ex quo non possum evadere, eligo ebrietatem, quia ut vulgo dicitur in hoc solet omnis religio concordare. Post fecit miser ad seculum rediit, et inebriatus fuit in corpore[?] a vino cellerarii[?], et multum de luxuria temptatus, tandem in peccatum carnis lapsus est et invenit[?] quedam hominem qui propter hoc

rendebat eu cu quo contendens dim
et tandem iratus et propter ebrie
tatem extra sensu factus cultel
lo illu interfecit Et sic per ebe
tatem in pctm carnis prolapsus
e quod prius abhorrebat postea
a immediate in homicidium ma
dit Ad premissorum intelligenciam ma
gis in speciali e de aliquibus
dubitabilibus inquirendu Et
primo utru usus vini sit licitus
Secundo utru inebrians aliu pec
cat mortalit Tercio utru e
brietas sit pctm mortale Quar
to quo sit ca ul racio quare
ille qui e paru ebrius magis
insanit et litiget quam ille qui
est sobrius vel omnio ebrius
Quo ad primum questiu rndetur
q nullus abus ul potus scdm se
est illicitus vnde dns Christus Mt xv
Nichil quod intrat in os coi
quinat hominem Et ideo usus
vini no e per se loqndo illicitus
vnde aplus prima ad Thi v Mo
dico vino utere propter stoma
chum tuum et frequentes inf
irmitates Usus tamen vini pot ee
illicitus propter condicionem bibentis
qui de facili inebriatur vel
propter modu bibendi qr mensu
ram excedit vel quia ex hoc
scandalizantur bibentes Quo
ad scdm questiu dicendu est
q si quis credat alteru esse
verecundu q puerecundia no
accipiat necessitate sua Si
aute invitet solu ad hoc ut
ille accipiat necessitatem sua
no peccat invitans ~~no~~ no tamen
cet si ille accipiat ult necessitatem
sua seu plus q necesse sit Et

tunc peccabit iste sumens Si vero
invitet ad accipiendu superfluu
Et sic excitetur benivolencia et
familiaritas tunc peccat venialiter
Si vero intenderet solu ut alter
se ingurgitaret tunc peccaret
mortaliter cu intenderet eutere
statum mentis et sic maius
ei auferret qm si auferret
ei temporale aliqd quia auferret
ei usum racionis Quo ad terciu
questiu scz utru ebrietas sit mor
tale pctm Dicendum huic qstio
rndet scdus Tho. secunda secunde q. xv
qui eam format dicens Quia
immoderatus usus vini pt contin
gere tripliciter Uno modo q utens nesci
at potu immoderatu esse et
inebriare potantem et sic e
brietas pt esse sine pcto sicut
de Noe creditur Alio modo q ali
quis percipiat potu esse immo
deratu no tamen estimat se po
sse inebriari et sic pt esse cu
pcto veniali Tercio q aliquis
bn advertat potu esse immode
ratu et inebriatem et tamen
magis volt ebrietatem incurre
q a potu abstinere Et talis
proprie dicitur ebrius et sic ebri
etas e pctm mortale Hoc ul
timu probatur per Aug in li
Confessionum xxv di Quo ad quartu
questiu dicendum Rndet phus qui
hanc determinat qstionem prima
parte problematum sic dicens
Quia sobrius bn iudicat qui aute
omnino est ebrius no iudicat quia
sensus sunt in eo suffocati no
iudicans aute e in ordinatus
Ille vero qui e paru ebrius iudi
cat et propter vinu male iudicat

et ideo magis insanit quam sobri
us vel omnino ebrius etc.

Quinquagesimum primum au
toris preceptum Vul
arbitrio virium feceris Postquam au
tor prebuit nobis rudimenta aliqua
ad virtutem prudencie inducencia
dumtaxat secundum quod divisi sunt actus
ad ipsum secundum paradisi fluvium
pertinentes Nunc vero in presenti pre
cepto subsequenter prebet rudimenta
ad ipsum fluvium pertinencia et nos
inducentes ad rerum agendarum delibe
racionem hoc est dicere quod in rebus
agendis non debemus semper impe
tuose sed deliberate procedere id est
secundum regulam recte racionis ad quod
nos ordinat presens preceptum dum dicit
Vul arbitrio virium feceris quasi
velit innuere autor quod non debes
de tuis viribus tam corporalibus quam
eciam spiritualibus scilicet fortitudine sa
piencia et huiusmodi in tantum confidere
quod monicoes aliorum maxime sanctorum
patrum et prudentum virorum contemp
nere vel despicere velis et hoc
est quod docet Salomon in Pre
miteris prudencie tue etc. Hoc
hoc exponens Iero dicit Ille pru
dencie sue innititur qui ea que
sibi agenda vel dicenda videntur
patrum decretis preponit tuis superhe
hentur ista in decre Iero innitatur
de consti. ex. Ad cuius tamen
precepti intelligenciam et obseruan
ciam est breviter sciendum quod duo
sunt principue attendenda ad hoc ut
quis in agendis deliberate proce
dat primum est viciorum discussio cau
telosa Secundum est virium ponderacio
studiosa Circa primum est notandum
quod officium huius virtutis est perdiligente

consideracionem inter contraria
vicia modum tenere ut fugiendo
avariciam ne in prodigalitatem
incidamus et sic recedendo a temeri
tate quod in timiditatem non cadamus
Ad hanc virtutem eciam obsuadanda
inducit nos Salomon Proverbiorum iiii
Omni custodia serva cor tuum Di
citur custodia premissa omni
ne hic hinc hostibus ita fores clau
das ut aliunde aditum prodas Un
Ennuchus in vicium dicat fugam
culpe si caret arte dum stulti
fugiant vicia in contrarium incurrunt
Ad hanc virtutem pertinere vide
tur cum aliquis undique est circumdatus
malis minus malum debet eligere
hinc est quod Gregorius in moralibus
parte vi libro xxxv c. x Tunc sup
tiue in Canone Nervum xiii di
pulare videtur innuere dicens
Qui muros ambitu undique ne
fugiat claudit ibi se in fugam
precipitat ubi murus brevior in
venitur Et pro tanto dicat quod
sub specie virtutum sepe se vicia in
gerunt et se esse virtutes menci
untur ut tenacia avaricia par
simonia que usus dicatur com
palam effusio quo sonat in
vicium prodigalitatis largitas crudelitas
zelus iusticie remissio
pietas velit videri hec Iacobus
declarat in Canone Sepe
xli di Sed circa hoc est eciam
notandum quod semper duo vicia
habent duas virtutes annexas
quarum una magis accedit ad
unum alia ad aliud ut avaricia
ad quam accedit parcimonia et
prodigalitas ad quam accedit largitas

similiter crudelitas ad iusticiaz
et remissio ad pctm̄ De hac
materia etiam habes supra
in xl preceptō Diligencia adhi
be. Circa scd̄m̄ ē sciēm q̄ qp̄
est dr̄a rerum siue agencium
queda sūt in quibꝫ p̄dnant
vires naturales et ista reguntur
et agūt solo appetitu naturali
cuius mō sūt grauia et leuia q̄
dam sūt in quibꝫ p̄dnant vi
res racionales scꝫ racio media
et volūtas cuiꝰ mō sūt hoīes
qui debent regi appetitu racio
nali et deliberatiō Est ergo
sensus Ut al arbitrō virium secūs
i. in̄ agē debes p impulsum
virium naturalium sicut agunt
irronabilia que omnia agunt
indeliberate et p impetū passi
onis sed semp deliberate scd̄m̄
regulam recte racionis et sic
prudent quod fiat ad ppositū
quia prudencia ē recta racō
agibilium Ethicoꝝ vi Prop
inssorū intelligencia magis
in speciali ē de aliquib dubita
dilibꝰ querendū Et pmo quia
in materia pmissa madet
tractat de illo qui ē vndiqꝫ
ancetꝰ malis q̄ tūc mīꝰ ma
lum elige debet qd̄ ptinere
videt ad pplexitate hic vti
le dispute de ipā pplexitate Et
pmo quot modis fiat ul diuida
tur pplexitas Scd̄o an aliquis
scd̄m̄ veritates int̄ duo pctā
posset esse pplexus Circa pm̄
questiū videt Ray · et ti · f · v
Circa pplexitatem et dicit q̄
duplex ē pplexitas vna ē iuris

// ut agūt c̄ āia-
ta n̄ p impulsū
virium aīalium //

alia ē facti pplexitas iuris est
cum aliquid circa id quod sibi
occurit faciendū uel nō inueit
diuisis auctes s' ad inuicem
repugnātes hec pplexitas
p peritorū ↄsiliū et concordā
concordia reformāda Alia
pplexitas facti qn̄ ut ait
Greg. Diabulꝰ suggestiōe
sua plerosqꝫ ita peccare facit
quatenꝰ si pctm̄ fortasse fugere
appetant sine alio pctō non
euadant xiii d Nerui et dat
ibi consiliū q̄ tūc mīꝰ malū
eligat id ē qd̄ alias scd̄m̄ se
consideratū esset mīꝰ pctm̄ et
p hoc respn̄ ē ad pm̄ questiū
Circa scd̄m̄ questiū videt id
quī Ray q̄ veritate īspecta
nō pt aliquis esse pplexꝰ id ē
necitate astrictꝰ ad aliqd̄ ma
lū ppetrandū vnd Augꝰ
vasis ire mīꝰ deus rddet
interitū si nō spōtaneū inue
niret homo pctm̄ hre xxiii
q· iiii Nabuchodonozor Item
Aug' usqꝫ add pctm̄ volūta
riū malū est ut nullo sit ma
lū si nō volūtariū xv q i
g̃ i · cui sine concordat hijs oēs
theologi sup xiii sn̄iarū dist·
xxxi in qōne an ↄsciēcia
erronea obligat et tho in
xto d xxxix z

Quinquagesimum scd̄m̄ au
torꝰ pceptū placet
vincte parentes postq̄ autor
sup in scd̄o pcepto videlꝫ
parentes aīa pbuit rudimēta
ad pietatem parentū inducēcia p
quā eis exhiberi dꝫ debitū re
uerencie et honoris Et quātū

ad hoc ptineat ad scdm riuulu pm padisi fluminis sz iusticie quia sicut ad vtute religionis ptinet pmo gradu deo cultu exhibere ita scdo gradu ad vtutez pietatis ptinet cultu exhibere prntibz vnde vero in pnti pcepto subsequenter pbet rudimenta nos ad paciencia inducencia Que quide paciencia scdm tulliu est tercius riuulus quarti padisi fluminis sz fortitudinis p qua maxime inducim motus et aimos placide prntu ac eciam p paciencia et humilem supportacione ira vincere eorunde vnde racionabiliter autor hoc pceptu ad scdm annectit D. Paciente vince pntes Primo qz hec virtus inter ceteras sit magis splendens ut policraticus dicit li. 4 ca. 24 cum in filijs erga parentes excellit commendacone multiplici ut pbat Seneca de bnficijs li. 3 ca. 28 ostendens qz felicissimus et fortunatissimus qui pntes vincere meretur bnficijs et hoc e qd sap dicit eccli 3 fili suscipe senectam pris tui et no contristes eu in vita sua Est namqz debitu filio quitqz erga prem agit pro huius pcepti intelligencia ac eciam obseruancia est breuiter sciendu qz ad reuerenciam necno paciam aduersus parentes exhibenda inducit nos potissime scriptura natura acerba pena et antiquoz exa etc. Circa pm e notandu qz filius tenetur ad octo prntibz pmo ad cordis dilectionez vnde Augustinus sup 1 Cant. Et ordinauit in me caritate dicit qz amor prntum

e pponendus amori filioz Scdo ad operis honorem malach 1 filius honorificat prem et seruus dnm Exo 20 honora prem tuu etc. Tercio in necessitatibus sustentacionem Eccli 3 Elemosina pris no erit in obliuione cora deo Quarto in obsequijs famulatoz ibidem qui timet deu honorabit pntes et quasi dnis seruiet eis qui se genuerut Quinto in honestis obediencia Deut 21 Si genuit homo filiu contumacem et ptuu qui no audiet patre et ei obedire contempsit etc. Sexto in aduersis tolleranciam Eccli 3 Suscipe senectam pris tui et no despexeris illu in vita illius Septimo in vbis reuerencia ad hebr 12 patres quide etc. et sequitur Et reuerebar eos Octauo in offensis veniam ut in pposito et tunc paciente tollerandi sunt pntes et cu omi benignitate et supportacone vincendi Quo eciam ira prntu ac eciam superbia mitiganda sit ac eciam quibus et quot modis vide supra in 43 pcepto iracundiam tempera Et ppterea Eccli 3 tercio scribitur Si defecerit sensu venia da, Circa scdm eciam ad reuerencia prntu inducit nos natura quod tali pbatur exemplo qz quida princeps habs de vxore sua adultera tres filios videbatur hre cu autem imperaret prtum et qz plurimu molestaret eandem dixit ut semp testaretur vnu illoz

tem esse filium suum alios adulte
ros nec voluit ei indicare quis
illorum esset eius filius ut ipsius
amore aliis preponderet Moriens
autem pater filium suum omnium bonorum
suorum heredem instituit Quilibet
vero quilibet dicebat se legittimum
heredem trahuntur ad iudicium
Iudex autem protulit sententiam quod
quilibet eorum in corpus patris defunc
ti iaceret sagittam et qui melius
percuteret in media cadaveris parte
hereditatem perciperet cum eorum duo
sagittis valde percussissent
qui verus erat filius dixit se
nunquam percussurum patrem suum
Et si quis eum decetero percuteret
non dimitteret eum impunitum et
hec dicens flebat tunc iudex
iudicavit eum esse verum filium et
per consequens heredem quia na
tura ad hoc faciendum compu
lit eundem Circa tercium in
ducere debet pena acerba
quam miraculose infert deus
parentibus maledicentibus unde
Augustinus libro decimo de civitate dei refert
quod quedam mulier de Cesarea
a capadocie habuit vii filios
et tres filias que cum in suo viro
suo defuncto tristaretur et
tunc a filiis molestaretur eos
maledixit quorum membra
tremore iugiter debilitata sunt
post eam maledictionem illa
qua tenebantur et ob suam no
bilitatem aspectum civium non
ferentes per mundum vagabantur
quorum pena auctorum videbatur
terrebat aspectum Duo autem
ex ipsis scilicet paulus et paladia
venerunt ad augustinum et fratrem sancti

Stephanum Cordiani et frequenta
bant Cum autem in die pasce
paulus in predicta ecclesia in o
racione prostratus coram omni populo
horribiliter torqueretur subito
curatus surrexit nec postea
dicta infirmitate laboravit Quilibet
causam infirmitatis eius populo re
citaret paladia mirabiliter
quaerebatur que intrans cancellum
ecclesie in qua frater eius oraverat
oracionem se dedit et facta oracione
dormivit subito autem excitata
omnino sanata surrexit et
omnes de sua sanitate letificavit
Circa quartum etiam quia in
huius divini precepti confirmacione
tactum est quod paciencia inter cete
ras virtutes splendens est et
nobilis Conveniens autem est
ut de ipsa aliqua exponantur ex
empla turpe est enim et contra
contrarium ut hec nobilis
virtus non appareat in hominibus
christianis que sic splenduit in
paganis non intuitu divini amo
ris sed potius glorie temporalis
Ubi est sciendum quod antiqui pacie
ncia quadruplicia sunt decorati
primo in sustinencia contumeliarum
in verbis Secundo in perpessione
penarum in corporibus Tercio
in remissione iniuriarum humiliter
tollerando Quarto in modera
cione disciplinarum dulciter infli
gendo Fuerunt autem antiqui
prediti paciencia primo dicta
ut legitur de Alexandro libro tercio
de iugis philosophorum Cum cum Anti
gonus dixisset Etati tue
regnare non convenit nec pu
det etiam tempore tuo regnum

voluptatis et luxurie dnari In
indignus es regno racione
etatis et voluptatis pacienti
ssime hoc tamen tulit Similiter
paciencia scdo° dicta viguit in
antiquis vt narrat valerius
li° vi° de theodoro Cum enim
Lysimachus rex iussisset eum
carceribus angi dixit eidem
hoc sit per petis tuis Inde ille
michil inter est vtrum humi an
sublimi loco putrescam Paciencia
vero tercio° dicta scilicet que est
in remissione iniuriarum erant
antiqui viri multum prediti Vn
de tali paciencia in rege philippo
narrat Seneca li° tercio de
ira ad quem cum venissent le
gati Atheniensium eorum audita
legacione benigne ait philippus
dicite quid possum quod sit athe
niensibus gratum Cui respondit de
metrius vnus de legatis te
suspendere est gratum athen
iensibus Et cum circumstantes indig
nati essent et vellet in illum ir
ruere iussit illum rex in colu
mem dimitti ceteris legatis
dicens renunciate atheniensibus
multo superiores esse qui ista
dicit quam qui impune audiunt
Paciencia insuper quarto° dicta
viguit in antiquis ut ait Va
lerius li° iiii° c° Cum plato
aduersus delictum serui sui
vehemencius excessisset nec
ipse vindicte tenere posset
modum timens Speosippo a
mico suo mandauit dicens ca
stigacionis modum deforme ne
extimas si animaduersio sua rep
rehensione meretur Ad primum eorum

intelligencia magis in speciali
est de aliquibus dubitabilibus
querendum Et primo vtrum parentes
preponendi sint omnibus aliis in
honore Secundo vtrum obe
dire teneamur parentibus in omnibus
Quo ad primum questum primo
videtur quod sint omnibus prepone
di quia inter precepta deca
logi nullus precipitur honora
ri nisi parentes dicitur enim
Exo° xx° honora patrem tuum
et matrem tuam ut sis longeuus
super terram quod de nullo alio
precipitur Contra sicut laus dicit
preeminenciam in laudato ita ho
nor dicit preeminenciam in hono
rato Sicut enim laus est pte
stacio preeminencie bonitatis
in laudato ita honor est pte
stacio preeminencie dignitatis
in honorato sed pater non habet
omnem preeminenciam dignitatis
vel non summam ergo non est
pre omnibus aliis honorandus
Unde ad solucionem questionis tra
ctanda sunt primo distinguen
di sunt diuersi gradus honoris
qui debentur hominibus diuersorum
statuum ut videamus quibus honor
cui statui sit exhibendus Secundo
ostenditur in quibus consistit
honor primus Tercio quod patri
non debetur omnis honor Quantum
ad primum est sciendum quod honor dicit
respectum preeminencie Est au
tem triplex preeminencia prima
est principii scilicet productionis vel
cause Secunda est sapiencie Tercia
est bonitatis preeminencia autem
principandi vel causandi est
adhuc triplex Quedam enim

habent preeminentiam principandi
uel efficiendi aliquid quantum ad es
se naturale quia de non esse
ipsum deducit ad esse Hanc
habet pater carnalis et ratione huius
preeminentie est honorandus pre
ceteris unde dicitur memento
quod nisi per eos natus non fuisses
Quidam habent preeminentiam
principandi aliquid quantum ad
esse spirituale et ratione istius pre
eminentie est honorandus pla
tus Ecclesiastici xiiij Tanquam dominis ser
uiant eis qui se genuerunt
in opere et sermone Quidam
habent preeminentiam principan
di aliquid quantum ad esse tem
porale Et ratione huius preemi
nentie honorandi sunt principes
temporales ut imperator et rex
unde dicitur prima Petri ii Deum
timete regem honorificate
Secunda autem preeminentia prin
cipalis penes sapientiam bone
cuius preeminentie honorandus
est doctor iudex literatus et se
nex in quibus est discretio
multa experientie Leuitici xix
Coram cano capite consurge
et honora uultum potentis
Tercia preeminentia principal
est que attenditur quantum ad boni
tatem Et ratione huius preemi
nentie honorandus est uir sanctus
Unde apostolus de Epaphrodito
dicit ad Philippenses ii° Excipite il
lum et cum honore habetote
quoniam propter opus Christi usque ad mor
tem suam accessit tradens animam
suam et sic patet primum principale
Quantum ad secundum solutionis est
notandum quod honor parentis con

sistit in duobus primum scilicet in reueren
cia et sustentatione corporali Re
uerentia autem parentalis consistit in
tribus Primo in affectu timendo offen
sam parentis amare unde Jeronimus
prohibeat parentibus honoris impota
forimdo In effectu et hoc obe
diendo ad Ephesios v Filii obedi
te parentibus uestris In signo incli
nando preponendo et similia faci
endo que sunt honoris signa
quod loquitur apostolus ad Romanos
xiii De honore Cui honorem
honorem cui tributum tributum
Sustentatio etiam consistit in
tribus scilicet in solacio uerborum Ecclesiastici
iii Ubi dedecus filii pater sine
honore Dicit glosator dissipati
ne honore et solacio debent
fouere parentes unde Jeronimus
de honorandis parentibus Nemo
patrem asperis uerbis ledat
affectum sonet quilibet lingue fi
liorum siue liberorum hoc filiorum
ora loquitur quod parentes de
bent audire in seruicio unde
Ecclesiastici iii Qui timet deum ho
norat parentes et quasi dominis
seruiet hiis qui se genuerunt
in opere et sermone et in omni
paciencia et ibi multa de hiis di
citur In exhibitione necessario
rum unde Jeronimus honora patrem
tuum non in uerborum sono qui
potest in opera parentum cassa adula
tione frustrare sed in uictu
necessariis ministrandis unde
Aristoteles viii Ethicorum uidetur
quod in hiis que pertinent ad su
stentationem que est per nutri
mentum quod sibi maxime debe
ant sufficientiam prebere parentibus

Sunt enim in hoc debitores eius
sicut causis essendi et generatio
nem unde et circa ea que pertinent
ad conservationem ipsius esse ma
gis debent subvenire parentibus
quam sibi ipsis hec ibi secundum aristoteles
et expositorem Quantum ad terciam
solucionis est sciendum quod patri non
debetur omnis honor quia non est
largitor universalis omnium bonorum
nec continet in se universaliter magistri
pater carnalis omnem preeminenci
am cui debetur honor et hoc
est quod dicit aristoteles ix ethicorum
et expositor Non omnem debent
honorem homines parentibus quia neque
eundem honorem debent patri
et matri neque illum debet patri ho
honorem qui debetur sapienti
vel qui debetur duci exercitus sed
patri debet honorem paternum et
matri maternum Similiter cuilibet seniori
debetur honor propter etatem in
assurgendo et inclinando et huiusmodi
amicis autem fiducia et comunicatione
omnium et aptare singulis quod est
proprium ~~patri~~ secundum etatem et virtu
tem ut puta sapientie et usum
officij sicut duci exercitus patet ex
patet responsio ad argumentum in g
rum quia licet sit speciale pre
ceptum de honore paterno non
tamen est de omni honore sed de
honore paterno unde per hoc con
cluditur quod sunt plus honorandi
omnibus aliis nisi quantum ad honorem
D patrum et hec concedit Quarto ad
secundum principale dicitur primo videtur
quod obediendum parentibus in omnibus
debeat quia sicut dicit Apostolus ad
Coll. tercio Filii obedite parenti
bus in omnibus Contra Illud quod

attribuitur patri celesti propter hoc quia
est largitor omnium bonorum non debetur
attribui ei qui est largitor par
ticularis quorundam bonorum Verum
autem sit quod pater celestis est
universalis largitor omnium bonorum
iuxta illud quod dicitur Jacobi 1
Omne datum optimum et omne
donum perfectum desursum est de
scendens a patre luminum etc
propter hoc debetur ei omnis ho
nor reverencie quantum ad obedi
enciam et alia unde prima ad Thi
1o Regi seculorum immortali et
invisibili soli deo omnis honor
et gloria Et in oratione dominica
dicitur vi Pater noster qui es in celis
etc Sequitur Fiat voluntas tua
sicut in celo et in terra Pater
autem carnalis est solum largitor
particularis bonorum quorundam
ergo ei non debetur omnis honor
obediencie quia nec habet omnem
preeminenciam Unde eo ad hanc
questionem movet philosophus ix ethicorum 2
sub hiis verbis dubitacionem habet
et talia puta utrum oportet patri
omnia attribuere et obedire uel
laborante in infirmitate quidem me
dico duci exercitus ordinandum
bellicosum id est utrum infirmus debet
obedire magis patri quam medico
Et utrum bellator debet magis obe
dire patri quam duci exercitus primo
enim ponetur solucio aristotelis
secundo solucio doctoris que decla
rat solucionem aristotelis Quo
ad primam solucionem huius secunde
questionis Secundum quod aristoteles
et expositor eius sicut videtur
quod non est in manifestum quod non semper
eadem omnibus reddenda est sicut

nec apud gentiles omnia sacrificantur. Homini sed quedam aliis
diis nec etiam patri omnia sed
alia debentur parentibus et fratribus
et amicis et benefactoribus et
singulis eorum sunt attribuenda
ea que sunt eis propria et que
ad eos pertinent. Et eadem
racio est de virtuosis. Et istud
videtur homines seruare quod ad
nupcias scilicet quas sit propagacio generis vocat homines cognatos quibus est commune genus
Similiter ad accones que sunt circa
nupcias vocantur consanguinei
et propter hanc racionem
extimant homines quod consanguinei
debent esse in tedea id est in conuencione in qua tractatur de
nupciis. Vide ibi. Vide circa questionem
Allexandrum Albertum in volumine summe
ubi ait de preceptis mouet et
soluit pluries et clarius declarando solucione philosophi. Et hec
est vera solucio huius questionis
unde dicit sic. Secundus gradus
superioritatis est modus obediencie dicitur ad Ro. xiii°
omnis potestas a deo est et omnis
anima potestatibus sublimioribus subdita debet esse. Est autem
superioritas in spiritualibus et temporalibus constituta dupliciter scilicet quantum ad regimen reipublice et quantum ad regimen rei familiaris familie proprie. In regimine spiritualium
preest prelatus spiritualis. In regimine
temporalium quantum ad proprias familias preest pater carnalis. Sic
ergo determinatur obediencia scilicet
spiritualis prelati scilicet in hiis in quibus
preest scilicet in spiritualibus et prelati
secularis in temporalibus rei publice.
Et sic obediencia debita patri
in disposicionem rei familiaris sue proprie familie. Et secundum
hoc dicitur quod filius prefamilias
tenetur obedire patri in omnibus
probabiliter pertinentibus ad honestatem vel utilitatem rei familiaris. Hec ille. Concordat hiis
Thomas 2a 2e q. xxxiii ar.
ii in corpore questionis et ar. v
in responsione questionis et ar. v.
Ex hiis patet quod querebatur
scilicet quod patri carnali non est obediendum in omnibus simpliciter sed
in omnibus in quibus preest et per
hoc soluitur argumentum in oppositum scilicet quod sibi debet obedire
in omnibus scilicet pertinentibus ad presidenciam parentis etc.

Quinquagesimum tercium auctoris preceptum. Patere
legem quam tu ipse tuleris. Postquam auctor in superioribus prebuit aliqua rudimenta ad obseruanciam inducencia qui est tercius riuulus id est species primi
paradisi fluminis hoc est iusticie.
Nunc vero in presenti precepto subsequenter prebet aliud rudimentum pertinens ad hanc obseruanciam
per quod legum conditores insinuantur
quo sibi subditos inducere dent
ad legum et ad statutorum obseruancia quas eisdem imponunt
dum dicit. Patere legem quam
velut innuere quod ipsi legum conditores debent pati leges suas
quas aliis imponunt obseruandas
et non eas deuastare vel destruere
per in obseruanciam vel reparationem transgressione sed pocius in semetipsis

m· obseruare quia si sic fecerit
subditos suos induuit ad eas
efficacius obseruandas per consequens tamen
precepti obseruancia et intellige
ncia est breuiter secundum Et tamen sunt
que maxime mouere debent
et inducere legum conditores
ad legum obseruanciam et earum
implecionem primum est sacra scriptura
secundum est canonica et ciuilia iu
ra Tercium est antiquorum exem
pla primi declaracione est aliqualiter
instandum Apostolus scribit ad Ro vii dicit
quod lex propter transgressores posi
ta est In lege autem veteri
erant quedam precepti iudici
alia quedam cerimonialia que
dam figuralia et quedam mora
lia lex quantum ad prima precepta
erat lex seruitutis et lex mortis
ad Ro vii Soluti sumus a lege
mortis in qua detinebamur
ita ut seruiamus voluntate spiritus
non in vetustate littere Secunda vero
lex dicitur libertatis Jacobi i Qui
autem perspexerit in lege liberta
tis et permanserit in ea non
auditor obliuiosus etc Et si
Apostolus dixerit propter precepta
legis iudicialia et cerimonia
lia et eciam figuralia expedi
tamen sic ad legem que communiter
datur propter moralia et merito
quia omnis virtus congregacionis
faciliter dissoluetur et purificatur
nisi certis legibus religaretur et
vniretur propterea ut dictum est
lex propter transgressores posita
est et ideo est audienda per atten
tione et retinenda per meditacio
nem et est custodienda per execu
cionem non solum passiue sed actiue

Non enim auditores sed factores
legis iustificabuntur Jacobi i Esto
te ergo factores legis et verbi
et non auditores tantum quia sicut
dicit Apostolus ad Ro ii Non
auditores legis iusti sunt apud
deum sed factores legis iustifi
cabuntur Exemplo ergo le
gislatoris nostri ihesu christi qui
quos dicit Job xxxiiij Quem
posuit aliu sup terram ante
qm posuit sup orbe que fabrica
tus 3 Et contra hos erro
res dicit in symbolo factore
vel creatorem celi et terre
visibiliu omi et invisibiliu
Quartus articulus ptinet ad
effectus grae p qua iustificat
a deo Sm io ad Ro iij Iustifi
cati gratis p gram ipius s dei
sub hoc articulo omnia sacta
ecclie comphendut et que
cumq que ptinent ad ecclie
vnitatem et dona spus sancti

et iusticiam bonorum Iste ergo
articulus instruit nos ut credamus
remissionem peccatorum hominibus que
sunt in ecclesia quia virtute divi
nitatis fit omnium peccatorum remissio quod
est anime vivificatio et corporis
resurrectio Contra hunc arti culo
sunt xii errores De quibus gratia
brevitatis aliquos perstringam
quorum primus fuit Corinthi
et ebyonis ac eciam nazareorum
qui dixerunt gratiam christi non suffi
cere ad salutem nisi quis circumci
sionem et alia legis mandata
custodiat contra quos dicitur ad
Ro. iii Arbitramur hominem iusti
ficari per fidem sine operibus
legis Secundus est error donatista
rum qui posuerunt gratiam christi solum
in affrica remansisse quia scilicet to
tus alius mundus communicabat Ce
ciliano et Carthaginensi episcopo
quem ipsi dampnaverat et in
hoc negabant ecclesie unitatem
Contra quos dicitur ad Collo
iii° quod in christo ihesu non est genti
lis neque iudeus circumcisio et pre
putium Barbarus et scita servus
et liber sed omnia in omnibus christi
Tercius est error pellagianorum
qui primo negaverunt peccatum ori
ginale esse in pueris contra
id quod apostolus dicit ad Ro. v
per unum hominem peccatum in mun
dum intravit Et in psalmo dicitur Ecce
enim in iniquitatibus conceptus sum
Secundo dicunt quod principium boni
operis est homini a se ipso sed
consummacio est a deo Contra quos
dicit Apostolus ad phil. ii° Deus
est qui operatur in nobis velle
et perficere pro bona voluntate

Tercio dicunt gratiam dei dari secundum
sua merita Contra id quod apostolus
dicit ad Ro. xi Si autem gratia
non iam ex operibus alioquin ergo
iam non est gratia Quartus error
est origenis qui posuit animas
simul creatas cum angelis et pro diversi
tate que ibi egerunt quosdam
homines recepi a deo per gratiam
quosdam in infidelitate relinqui
Contra quos dicit apostolus ad Ro.
ix Cum non dum nati essent aut
aliquid boni aut mali egissent
dictum est quia maior serviet mino
ri Quintus est error catafrigarum
id est montani prisce et maxille
qui dicunt prophetas quasi arreptos
fuisse et quod non prophetaverunt
per spiritum sanctum contra quos dicit ii
petri i Non enim voluntate huma
na allata est aliquando prophetia sed
spiritu sancto inspirante locuti sunt
sancti dei homines Sextus est error
Cerdonis qui primo dixit deum
legis et prophetarum non esse patrem
christi nec bonum deum esse nec iustum
patrem vero christi bonum quem eciam
manichei secuti sunt legem repro
bantes contra quos dicitur ad
Ro. primo Lex quidem sancta est
et mandatum sanctum et iustum et
bonum Et Ro. primo dicitur quod ante pro
miserat prophetas suos in scrip
turis sanctis de filio suo Septimus
est error eorum qui quedam que
ad perfeccionem vite pertinent
asserunt esse de necessitate salutis quo
rum quidam fuerunt qui se arroga
tissime apostolos vocaverunt nullam
vero spem salutis habere putant eos
qui utuntur coniugibus et propria possi
dent Alii vero sunt Taciam

qui non vestunt carnibus eas omnino abhominant secundum id apostoli ad Thy iiii Prohibentes abstinere a cibis quos deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus Dicit enim quod promissio de adventu spiritus sancti non fuit in apostolis completa sed in eis contra id quod dicitur actuum ii Repleti sunt omnes spiritu sancto et loquebantur cum fiducia Hy etiam dicunt homines non posse salvari nisi continue orent propter illud quod dicitur luce xviii Oportet semper orare et non deficere Quod sic accipitur secundum Augustinum ut nulla dies intermittatur circa orandi opera Alii vero qui passales et vite vocantur in tantum silencio student ut naribus et labiis suis digitos apponant passales enim grece latine dicitur palus et tincthus naris quidem etiam quod homo non potest salvari nisi semper nudis pedibus ambulet contra quos apostolus dicit ad Cor x Omnia michi licent sed non omnia michi expediunt ex quo datur intelligi quod licet aliquid a sanctis patribus vel viris assumatur tamquam expediens non propter hoc opposita redduntur illicita Octavus est error illorum qui dicunt e contrario opera perfectionis non esse preferenda communi vite fidelium sicut Jovinianus posuit quod virginitas non preferretur coniugio Contra id quod dicitur ad Cor vii Qui matrimonio coniungit filiam suam bene facit et qui non iungit melius facit Et sicut vigilancius qui equavit statum divicias possidencium statui pau

pertatis propter christum assumpte contra quos dicit dominus Math xix Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes etc. Nonus error est negancium liberum arbitrium sicut quidam negaverunt dicens animas que sunt male creacionis non posse non peccare contra quos dicitur Joh iii Sed scribo ut non peccetis Decimus est error priscillianistarum et circa manicheorum dicencium homines esse fatalibus stellis colligatos hoc est dicere quod eorum opera sint necessitate astrorum subiecta contra quos dicitur Jere x A signis celi nolite timere que gentes timent et iuxta illud Sapiens dominabitur astris Undecimus error est illorum qui asserit quod ea que ab ecclesia dei universaliter statuta sunt non sunt observanda sicut aerium qui dicit statuta ieiunia non esse sollempniter observanda sed cum quis volt ieiunet non videtur esse sub lege Duodecimus error est aliorum qui dicit xiiii luna pascha esse celebrandum quocumque die septimane occurrat Et eadem racione de quibuscumque ab ecclesia institutis Omnes primo dictos errores destruxit Symon dum in symbolo dixit Sanctam ecclesiam katholicam Sanctorum communionem remissionem peccatorum Et in alio symbolo patrum dicitur Conloquutus est per prophetas et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum Decimus articulus est

qui est de resurrectione mortu
orum instruit quod sine aliqua hesi
tacione resurrectionem credere
debemus De qua dicitur prima ad
Cor tercio Omnes quidem resur
gemus Circa quem errorem
sunt plures errores quorum primus
contra Valentini qui carnis resur
rectionem negavit que etiam
plures heretici sunt secuti contra
quos dicitur i ad Cor xv
Si xpus predicatur quod surrexit
a mortuis quomodo quidem dicunt
in nobis quoniam resurrectio mortu
orum non est Secundus est error yme
nei et phileti contra quos dicit
apostolus quod a veritate ceciderunt
dicentes resurrectionem iam factam
vel quia non credebant resurrec
tionem nisi spiritualem vel quia
non credebant alios resurrecturos
nisi illos qui cum xpo surrexe
runt Tercius est error quorum
cundam modernorum hereticorum
qui dicunt resurrectionem futu
ram non tamen eorundem cor
porum sed anime resumet quedam
corpora contra quos apostolus prima
ad Cor xv dicit Oportet cor
ruptibile hoc induere incor
rupcionem et mortale induere
immortalitatem Quartus error
est Eutitii patriarche constan
tinopolitani qui posuit quod corpora
nostra in resurrectione [erunt] aeria vel ve
to similia ut Gregorius narrat
in iiii moralium Contra quem est
quod dominus post resurrectionem
suam corpus suum palpandum pre
buit Unde luce ultimo palpate et
videte quia spiritus carnem et
ossa non habet sicut me videtis

habere cum tamen Apostolus dicit
ad Phil ultimo reformabit corpus
humilitatis nostre configuratum
corpori claritatis sue Quintus
error est dicencium quod corpora huma
na in resurrectione vertentur
in spiritus contra quos luce ultimo
dicitur Spiritus carnem et ossa non
habet Sextus error est Chema
ti qui per mille annos post re
surrectionem fabulatus est futuros
in regno terreno in quibus homines
carnales habebunt ventris et
libidinis voluptates Contra
quem in Evangelio Mathei xxii
et luce xx Et Thessalonicenses xx
xi q i ultimo si dormierit et
dicitur ibidem ultimo in resurrec
cione neque nubent neque nu
bentur sed erunt sicut angeli
dei Caluciani etiam dixerunt
quod post resurrectionem mortuorum
in eodem statu in quo nunc est
mundus manebit Contra quos
dicitur Apoc xxxi vidi celum
novum et terram novam Omnes
predictos errores et alios quos
gratia brevitatis obmitto De
struxit Thadeus dicens in Sym
bolo dixit Carnis resurrectionem
et in alio Symbolo patrum
expecto resurrectionem mor
tuorum Sextus articulus ad ulti
mum divinitatis effectum qui est remune
racio bonorum et punicio malorum
secundum id psalmi Tu reddes unicuique
secundum opera sua Et circa hunc ar
ticulum fuerunt etiam multi errores
Quorum primus est dicencium quod cum
moritur cum corpore sicut asseruit
Arabs et postea modicum intellectum
sicut Zeno dixit et recitatur

in li° de ecclesiasticis dogmatib
contra quem est quod dicit aplus
ad philip p° Desiderium habens dis
solui et esse cum xpo Et apok
i vidi subaltare animas interfector
Secundus error est origenis qui
posuit homines et demones dap
natos iterum posse purgari et
redire ad gloriam et angelos
sctos et homines btos iter posse
ad mala deduci qd e contra
auctem dnir m^t xxv ibunt hii
in supplicium eternum Justi autem
in vitam eternam Tertius error
z dicencium omnia pmia bonoru
et omnes penas maloru futuras
esse equales quor pm redargu
it aplus d pa ad Cor xv Si
cut stella differt a stella sic et
erit resurrectio mortuor Cont
sedm vo dicit n Tyro et Sy
dom remissius erit in die iudi
cii qm vobis Quartus error est
dicencium non esse purgatorium
aiar post mortem eor qui in ca
ritate decedentes aliquid purga
bile no habent Contra quos
dicit aplus pma ad Cor iij°
Si quis edificauerit sup funda
mentum fidei p dilectionem operant
fenum lignum stipulam detrimentu
patietur ipe autem saluus erit
sic tamen quasi p igne cont hos
omnes errores posuit mathias i
Symbolo hunc articulum vitam eter
nam amen Alij vero qui sep
tem articulos circa diuinitatem fidem assig
nant eos sic distinguunt ut
pmus sit de essencie vnitate Scs
de psona patris Tercius de pso
filij Quartus de psona spus
sancti Quintus de effectu creacois

Sextus de effectu iustificacois
Septimus de effectu remuneracois
in quo comprehendit ~~remunera~~
~~cionem~~ resurrectioz et vitam eter
nam Amen Et sic dum pdictor
sex articulor sedm diuidit in
tres Quintum vero et sextum con
iungunt in vnum sic sunt sedm
eos vij articuli hoc no refert
quantum ad veritatem fidei vel er
roris vitacionem qualiter distig
wantur visis supra de articulis
fidei ad diuinitatem ptinentibus
Nunc vero subsequenter restat
videndum de articulis ad huanita
tem spectantibus Circa qd sciend
qz quidam sex distinguunt quor
pmus z circa xpi concepcionem
et natiuitatem sedm quod ysaias
dicit ysa vij Ecce virgo con
cipiet et pariet filium Circa hunc
articulum xi errores asscribuntur
quor pmus fuit dicencium xpm
fuisse purum hominem et qz no
semp fuit sz exordium assumpsit
Et hic fuit error Carpocratis
Et Corinthi et Ebionis et
pauli Samosetam et fontini
contra quos dicit aplus ad
Ro Ex quibus xpus sedm car
nem sup omnia deus dns ame
Scdus error valentini qui dixit
xpm corpus celeste attulisse ni
chil qz de virgine assumpsisse
sz p illam tamqz p riuulum seu
fistulam sine vlla carne p
transisse contra quod dicitur
ad Gall iiij misit deus filium
suum factum de muliere Tercius
est error arrij qui posuit xpm
humanam aiam no habuisse sz
vim loco aime fuisse contra

quod dicitur Ioh. x. Nemo tollit
animam meam sed ego pono eam
Quartus error est Nestorii qui
posuit xpm deum perfectum et
hominem perfectum et aliam dixit
esse personam dei et aliam hominis
et quod non est facta unio dei et
hominis in una persona xpi sed secundum
gratiae inhabitationem itaque
negat beatam virginem esse matrem
hominis xpi. Contra quos dicitur
Luce i. Quod ex ea nascetur
sanctum vocabitur filius dei. Quin
tus est error Carpocratis qui ho
minem xpm de utroque parente
natum putasse perhibetur. Con
quod dicitur Mt. i. Antequam conve
nirent inventa est in utero ha
bens de spiritu sancto. Sextus er
ror est Elvidii dicentis quod postquam
beata virgo peperit xpm ex
Ioseph plures filios genuit
Contra quos dicitur Ezechiel
xliiii° Porta hec clausa erit
et non aperietur et vir non tran
sibit per eam quia deus dominus is
rahel ingressus est. Contra
predictos errores et aliquibus
aliis quos gratia brevitatis ob
mitto in Symbolo posuit beatus
Iacobus maior duos articulos
primus quorum instruit credere xpm
dei filium de spiritu sancto conceptum
dum dicit Qui conceptus est
de spiritu sancto. Secundus arti
culus instruit xpm de Maria
virgine fore natum dum dicit
Natus ex Maria virgine. Et in
symbolo patrum dicitur Qui propter
nos homines et propter nostram sa
lutem descendit de celis et in
carnatus est de spiritu sancto ex Maria

virgine et homo factus est. Ter
tius articulus est de passione et
morte xpi quam etiam firmiter credere
debemus et simpliciter confiteri
Circa hunc articulum stant duo
magni errores. Primus error est
Manicheorum qui sicut corpus
xpi asserunt esse fantasticum
ita passionem xpi non in veritate
sed in fantasia esse arbitrantur
Contra quos dicitur Ysa. liii°
vere languores nostros ipse tulit
et tamquam ovis ad occisionem
ductus est. Secundus est error Gala
mi Qui in xpo posuit unam
vitam corporalem et immorta
lem Contra quod dicit Petrus xps
semel pro peccatis nostris mortuus
Hos errores in Symbolo destru
xit Iohannes dum dixit Passus
sub Poncio Pylato mortuus et
sepultus est. Quartus articulus
est de xpi resurrectione quam
firmiter credere debemus. Cir
ca hunc articulum sunt duo erro
res. Primus quidem erravit
Corinthus asserens xpm non re
surrexisse sed resurrecturum esse
contra quos dicitur prima ad Cor.
xv. Resurrexit tertia die secundum
scripturas. Secundus est error qui in
ponitur Origeni scilicet quod xpus sit
iterum pro demonum salute passurus
contra quod dicitur ad Ro. vi. Re
surgens a mortuis iam non mori
tur. Hos errores destruxit Math
dum in Symbolo dicit Tertia die
resurrexit a mortuis. Quintus ar
ticulus est de descensu ad inferos
corpore in sepulcro iacente iux
ta id Apostoli ad Ephes. iiii° Descen
dit primum ad inferiores partes terre

hunc articulu͞ comprobat Thomas dicens
in Symbolo dicit descendit ad
inferna quod est contra quosdam
qui posuerunt xp̄m no͞ descen
disse per se ip̄m ad inferos cum
tamen petrus dicat Act' ij quia
non est derelictus in inferno Sextus
articulus est de ascensione xp̄i in
celu͞ i. ad patris equalitate͞ de
quo ip̄e dicit Jo. xx Ascendo
ad patrem meu͞ et ad patrem vestrum
Contra hunc errant Seleuciani
qui negant saluatore͞ in carne
sedere ad dexteram dei patris sed
quod exuit et in sole posuit eam
Contra quod dicitur act' vltio
Dominus quidem ihesus postquam locu
tus est eis assumptus est in celum
et sedet ad dexteram dei hunc
errorem destruxit iacobus minor
dum in Symbolo dixit Ascen
dit in celu͞ sedet ad dexteram
dei patris Septimus articulus est
de aduentu ad iudiciu͞ et circa hunc
articulum errant illi de quibus dicitur
ij petri venient in nouissimis die
bus illusores in deceptione iux
ta proprias concupiscias ambulantes
et dicentes vbi est nunc promissio
aut aduentus eius contra quos
dicitur Job xix fugite a facie
gladij quoniam ultor iniquitatis est
gladius et scitote esse iudiciu͞
hunc errorem destruxit philippus
du͞ in Symbolo dicit inde ventu
rus est iudicare viuos et mor
tuos Predicti quatuordecim articuli
colliguntur colliguntur de Symbo
lo quod apostoli ediderunt Predicti autem
heresiarche destruuntur xxiiij q.
iij. Quida͞, Secundo distinguunt
di vij articulos circa xp̄i humanitate͞

Illi autem qui septem articulos
ponunt distinguunt primum articulo͞
in duos ponentes scilicet sub alio
articulo xp̄i conceptione͞ et sub
alio natiuitatem de maria
quo ad aliqua͞ partem tangitur
supra in xxv prope precepto nisi te
mere credideris Z. C. d. predicto
Nota si quis cupit scire de no
minibus que aliqualiter deum significant
et qualiter de ipso predicentur sic
distinguat Nominum quedam
sunt essencialia et queda͞ sunt
personalia et queda͞ nocionalia
Essencialia sunt que essenciam
significant horum queda͞ sunt
adiectiua queda͞ substantiua
Adiectiua queda͞ connotant effec
tu͞ in habitu ut vt iustus et
misericors et ista de deo ab eterno
predicantur / ~~vnde hec est vera~~
~~propositio deus incipit esse in~~
~~ferator~~ / quia ab eterno fuit iu
stus et misericors queda͞ in actu
ut iustificans et miserator et huiusmodi
Et ista predicantur de deo ex tempore
vnde hec est vera propositio deus inci
pit esse miserator quia incipit mi
sereri Eoru͞ autem que connotant
effectu͞ respectiue Queda connot
tant respectum creatoris ad crea
turas ut deus est refugium et huiusmodi
Quedam connotant respectum per
sone ad persona͞ ut filius et eq
lis Filius eciam principaliter significat
diuinam essencia͞ Secundario autem
connotat distinctione͞ persona
lem vnde licet hec nomina sig
nificent tame͞ racione connotacionis
de personis similiter supposites plura
liter et no͞ singulariter predicatur
vnde no͞ dicitur pater et filius sunt

sitius sed siles Item sciās quod adiec
tinorum quedam sunt partitia
ut aliquis et aliquibus et huiusmodi
Quedam numeralia ut vnus duo tres
et omnium illorum communis doctrina
nam in neutro genere substantia
significant diuinam essentiam et
predicantur de personis omnibus sin
gulariter et non pluraliter vnde
bene dicitur pater et filius et spiritus
sanctus sunt vnum sed in masculino
et feminino substantia significant personas
vnde hec est vera pater et filius sunt
duo si istud duo sit masculini
generis sed si neutri tunc est falsa
Sed adiectiue supposita sequuntur
naturam suorum substantiuorum vnde si
substantia sunt essentialia ipsa ad
iectiua similiter vnde hec est
falsa pater et filius et spiritus sanctus
sunt vnus sed hec est vera vnus
deus Substantiuorum quedam
sunt abstracta quedam concre
ta quedam media Abstracta
sunt que absolute diuinam substantiam
significant ut dicit Augustinus ut
essentia deitas bonitas et huiusmodi
et ista non possunt trahi per aliquod
coniunctum ad supponendum pro personis
vnde talia nomina coniuncta cum
verbis et participiis persona
libus et notionalibus reddunt
propositiones falsas. vnde hec est
falsa essentia generat vel ge
neratur Essentia est de essen
tia vel essentia est apud essen
tiam et huiusmodi Et est tenendum
quod ista nomina predicantur de qua
libet persona per se et de omnibus
singulariter et pluraliter ut pater
est deitas filius est deitas spiritus
sanctus est deitas et omnes sunt

vna deitas et non sunt tres deitates
Concreta dicuntur que significant
quasi formam in subiecto ut album
in muro et sicut istud deus cre
ator et similia que generaliter sig
nificant essentiam licet quandoque suppo
nant pro essentia quandoque pro persona
Media sunt que habent mo
dum et formam abstractorum
sed officium et vsum concretorum
ut lumen sapientia principium et huiusmodi
Ista enim sicut abstracta predica
tur de qualibet persona per se et de
omnibus simul singulariter et non
pluraliter ut supra dixi Item
supponunt pro personis ut concreta
sicut cum dicitur lumen de lumine
sapientia de sapientia principium
de principio Personalium nominum quedam
predicantur de vna persona tantum
ut pater et filius et spiritus sanctus
quedam de duabus ita ut de
vtraque ut pater et filius sunt principium
spiritus sancti sed principium suppo
nit pro duabus personis sed vna vo
catione secundum spiracionem commu
nem Quedam de duabus perso
nis ita quod neutra ut pater et
filius sunt duo si istud duo sit
masculini generis et non neutri
quedam de singulis personis ita
quod de omnibus ut ypostasis vel
persona et hoc in singulari sed
in plurali bene dicitur pater
et filius et spiritus sanctus sunt tres
ypostases seu persone Notiona
lia dicuntur que personas noti
ficant interdum cum dicuntur dis
iunctiua quia personas distin
guunt et relatiua quia personas
ad inuicem referunt et proprietates
quia personis proprie insunt et tenent

q nulla noio ype e in est diuine es-
sencie sed tantu psone que esse-
ncia no distinguit nec disting-
wit et sunt quinque sz innasci-
bilitas paternitas filiacio pces-
sio quis spiracio Tria ex istis
competunt patri sz innascibilitas
paternitas et comunis spiracio Duo
filio sz filiacio et cois spiracio
vnu spiritu sancto sz communis spi-
racio Et propter hoc vna psona
maior est aliis Istorum autem no-
cionaliu queda sunt abstracta et
substantiua ut paternitas et inna-
scibilitas et hec pdicantur de essen-
cia Vnde hec e vera Essencia
e paternitas et econuerso et essencia
est innascibilitas et econuerso et
sic de aliis Queda sunt concreta
et adiectiua ut innascibilitas ge-
nerans nascens spirans et pce-
dens Et ista nunquam de essencia
pdicantur siue sint noia siue
participia Et oms tales ppoi-
cones sunt false essencia gene-
rat uel generatur uel essencia
e generans uel generata que
notant distinccionem in diui-
na essencia scdm id quod ha-
betur in c Dampnamus de summa
tri et fi ka et c firmiter e ti
Hec distinccio colligitur ex va-
riis dictis sctorum doctorum et gloza-
rum Nota q duplex e cogni-
cio de deo sz naturalis et ac-
cidentalis Naturalis cognicio
duplex est sz ante pctm quia
homo cognoscebat deu aptem in
creaturis Item post pctm et hec
p speculu in enigmate Acciden-
talis cognicio triplex est Prima
est acquisita p rones naturales

quam habuerunt phi et dicitur sciencia
Secunda e que het testimoniis scrip-
turarum et miraculorum et h cogni-
cio dicitur fides informis Ter-
cia est que het ex caritate et
hec dicitur fides formata et p ta-
lem cognicionem assentit aia prime
veritati propter se et sup se in
aduenientem oms alie pereunt
cogniciones accidentales ad minus
quo ad actum Prima enim alie cog-
ciones veniunt in aia tunc fides
tamquam velocior se occupat mota
omnis cu fides sit de non apparentibus
et difficile sit occulta ~~duo~~ crede-
re necessaria sunt duo ad hoc ut
firmit credatur veritas primum e
illustracio veritatis ~~a~~ eleuans
Secundum e rectificacio auctoritatis
cicam firmans Quorum primu
e p fidem scdm e p scripturarum au-
ctoritate et p xpm scdm editam
Auctoritas ergo pbet fundamentum
fidei et fides assensu auctori-
tati vtrumque vero p xpm propter hoc
et splendor et vm dicitur quia
mentem p fidem ~~illuminat~~ illu-
minat et veritatem p doctrina
ostendit Hoc est sciendum q vna
tm est fides tam in pntibus quam in
preteritis quam in futuris licet magis
clara sit in eis et explicata que
secuntur xpm quam in eis qui p-
cesserunt aduentum eius sic nouu
testamentu e clarius quam vetus
quod enim nos credimus esse sctm
antiqui patres credebant esse futu-
ru Exceptis illis articulis qui
ad huc restant complendi sicut
e resurrectio mortuorum et iudi-
ciu extremum et remuneracio
bonoru et punicio reproborum

Si deus e aima ut nobis car
mina dicunt Naturalis racio lega
lis institucio et comunis concepcio
animi hoc habet decrevit et p
cepit ut vinus credatur deus om
potens diligatur cordialiter et
magne veneracionis officijs e
noretur quicquid e tamquam clavus
fixus et stabilis circa que omnia
revolvuntur Originale seminarium
omnium rerum omnium creaturarum principium
primordiale iuxta Salomonis
eloquium omnia disponit in nu[mer]o
pondere et mensura compre
hendens omnia et a nullo alio
comprehensus Et ut verbis beati
Augustini loquar deus intra
celum non inclusus extra celum
non exclusus super celum non ela
tus subtus celum non depressus Ita
ergo ex eius constituta libertate
procedit quod sumus et vivimus quod mo
vemur sine cuius manu tenencia
tota natura periret et rediret
ad nichilum sicut ex nichilo est
creata Igitur tota cordis inten
cione pensandus honorandus
sacrificandus collaudandus
hic tibi precipue

Si deus e aima
nobis ut car
mina dicunt hic
tibi precipue sit
pura mente co
lendus Deum
esse perfectum fides nostra katho
lica attestatur quia fides cre
dit deum esse et credit in deum
et credit deo Credere vero deum
e credere ipsum esse Credere in
deum est in ipsum credere et cre
dendo ipsum amare et credendo
in eum ire ac eius membris
eius incorporari Credere autem
deo est credere verbis eius primum
et tercium bonorum et malorum est
sed secundum bonorum tantum quia cre
dere deum e credere deo bonis
et malis commune est sed credere in
deum bonorum est specialiter Itaque
deus solus habet perfectum esse ut
est dictum quod taliter persuaderi
potest Illud enim perfectum est cuius nichil
extra ipsum est unde quod esse suum
habet aliquod esse extra se
ideo imperfectum e De est enim nobis
aliquid quod de esse meo iam pre
terijt vel quod futurum e Deum
autem esse cum totum simul sit
perfectissimum est Hac ergo perfectio
ne participative naturaliter
anima nostra appetit perfecta quo ad duo
primo ex parte potencie cogni
tive Secundo ex parte potencie
amative Quo ad primum anima nostra
ut certa docet experiencia na
turaliter appetit perfecta a summo
bono et vero propter eam quam
habet potenciam per cognitivam
cum eius tanta sit capacitas
ut ipsa experiencia probat ut nul
lum bonum omnino creatum ea com
pleat quin semper ad alia se exte
dat unde videmus quod quantumcumque
quis studeat et semper perficia
at semper tamen plura scire affectat
et nova semper investigare non
cessat Nam et demostenes philosophus
cum centum et vij annorum esset mo
reretur ideo de morte se dolere
dixit quia tunc discere incipiebat
alter eciam plures requisitus ubi
esset tantus sciencie respondit quod ubi

q quantumcumque bona creata quis
congreget tamen naturaliter satiari
non posset nunquam congregando
desistit Unde non suffecit Assue
ro regnum persarum et medorum
non Nabuchodonozor regnum pe
maximum chaldeorum non pharaoni
om regnum Egiptiorum non Allexandro
regnum grecorum non cesaribus ampla
potencia Romanorum Non Salomo
in tanta congregatio thezaurorum
quin semper ad plura extenderent
animi nullo creato bono complendi
ergo si in natura a deo nichil est
creatum frustra ut omnis docet philosophia
necesse est ponere summum bonum et
verum quo perficiatur effectus et
quo habitu sit contentus Id autem
est summum bonum qui est deus quo
quis adepto nichil ulterius desi
derare queat Cui sentencie
concordat dictum Ambrosii sup epistolam
ad coll dicentis Omnis racio sup
ne sphere uel terrene creature
id est angelice uel humane etc Ex
hoc notat lau Ergo geometria
et nigromancia a domino deo sunt
et in se bone Sed nigromancia
lege prohibetur propter sequelam
sicut iurare xxii q i c ii Et
sequitur in dicta auctoritate in eo qui
est caput earum et auctor ut qui
hunc noverit nichil ultra querat
et hec est perfecta virtus et sapiencia
quicquid alibi queritur hic perfecte
invenitur Tu suppone hanc hec
verba m g Sed contra quia
antiqui inci de deo et principiis ad
tu fuerunt diversis et variis er
roribus implicati Aliqui enim
penitus deum esse negabant Aliqui
vero creaturis dei stabant in ydo

latriam incidentes Aliqui duo prin
cipia unum boni alterum mali af
firmantes Ideo putavi curiosis
quibus studentibus cum delectacione
de motivis erroneis predictorum
aliqua pertractare Et primo de
errore illorum qui negant posse
demonstrare racione sed sola fide
tenere Asserunt enim hii quod deum
esse non potest per racionem inveniri
ri sed per solam fidem seu viam
fidei et revelacionis Ad hoc ta
men dicendum moti sunt quidam
propter debilitatem racionum quas
aliqui inducebant ad probandum
deum esse possent tamen hic er
ror fulcimentum aliquod falsum
sibi assumere ex quorundam philosophorum
dictis qui concludunt in deo idem
esse essenciam et esse scilicet id quod
respondetur ad quod est et ad questio
nem an est via autem racionis
pervenire non potest ut sciatur de
deo quid est Unde nec racione
videtur demonstrari an deus sit
et quamvis deus sensibilia omnia
et sensum excedat eius effectus
tamen ex quibus demonstratio su
mitur ad probandum esse sensibiles
sunt et sic nostre cognitionis ori
go in sensu est etiam de hiis que
sensum excedunt Unde Aristoteles
ad probandum deum esse ex parte
motus nititur probare tali racione
Omne quod movetur ab alio
movetur patet a sensu aliquid
moveri utputa solem ergo
alio movente movetur aut ergo
illud movens movetur aut non
si non movetur ergo habemus
propositum scilicet quod necesse est ponere
aliquod movens immobile et hoc

dicimus deum. Si ergo mouetur et tunc alio mouente mouetur ergo est procedere in infinitum. aut est peruenire ad aliquod mouens non mobile. sed non est procedere in infinitum quod probat tali ratione phisicus. Et hoc tamen in phisica quod etiam in methaphisica dicit quod in nullo genere cause in infinitum est abire sed est necesse in aliquo stare. Unde necesse est ponere efficiens et materiale primum principium seminarium omnium formarum naturalium primum et finem omnium ultimum scilicet efficiens primum non generatum non factum sed omnia faciens hic est deus quo nichil melius nichil quod perfectius esse potest. ergo necesse est ponere aliquid primum mouens non mobile. Premissis rationibus aristotilis et aliorum breuitatis amore sufficiat premittere dicere quod ad cognoscendum deum esse incitat nos natura induit et scriptura et clamat creatura. De incitatione nature dicit Jo. damascenus. Cognicio existendi deum nobis naturaliter insita est sed in tantum preualuit malicia hominum ut quosdam in irrationabilissimum et omnium malorum pessimum perdicionis baratrum deduceret ut dicant non esse deum. Scriptura etiam nobilissimorum philosophorum ut platonis aristotilis Senece Tullii et deum esse indicat. Item etiam scriptura in decorum asserit in principio omnia a deo esse creata. Rursus scriptura sacra in principio Ewangelii Johannis per deum verbum asserit omnia esse facta. Creatura etiam deum esse clamat. Et hoc est quod

Augustinus in primo libro de ciuitate dei luculenter demonstrat dicens. Exceptis propheticis vocibus mundus ipse ordinatissima sua mutabilitate et mobilitate et visibilium omnium pulcherrima specie quodammodo tacitum se esse creatum et non nisi a deo ineffabiliter fieri potuisse proclamat. Idem in libro decimo confessionum. Interrogaui de deo meo solem lunam et stellas neque nos sumus deus quem queris inquiunt et dixi omnibus que circumstant carnem meam dic de deo meo dicite aliquid et clamauerunt ipse fecit nos et non ipsi nos. Interrogacio mea intencio mea et responsio eorum. Sap. xiii. a magnitudine speciei et creature cognoscibiliter poterit creator eorum videri. Item ad Ro. i. ubi loquitur de prophetis. Deus enim illis reuelauit. illis dicit glosa Ambrosii ut deus qui est natura inuisibilis visibilis possit sciri. Opus fecit quod visibilitate sua opificem manifestat ut per certum incertum posset sciri et ille esse deus omnium crederetur qui hoc fecit quod ab aliis impossibile est fieri. et subditur ibi in textu. Inuisibilia ergo ipsius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoque eius virtus et diuinitas. Verum istud sic exponitur secundum glosam. Inuisibilia ipsius id est ipsa natura inuisibilis intellecta per ea que facta sunt conspiciuntur a creatura mundi id est ab homine qui creatura mundi dicitur per excellenciam et per conuenienciam quam habet cum omni creatura

Hic posset moveri questio talis
videlicet utrum homo rationali
virtute valeat deum per suos ef-
fectus cognoscere et primo videtur
quod sic per aliquem effectum possu-
mus cognoscere sicut per artificia
cognoscimus artificem qualis sit
hanc enim sententiam ipsa veritas mt
vii apparere videtur dicens A fructibus
eorum cognoscetis eos In contrarium
est id Gregorius quia fides non habet
meritum ubi ratio humana prebet
experimentum Si ergo per effectus
deum cognoscimus sic cognoscere
possumus inde nullum reportabi-
mus meritum quare et huic mo-
tivo respondetur quod ipsa deitas potest
sumi dupliciter scilicet quo ad ipsa et
quo ad appropriata Quo ad ipsa
nullo modo per rationem naturalem cognosci
potest creature vel comprehendi sed
quo ad appropriata sicut verbi gratia
patri attribuitur potentia filio
sapientia spiritui sancto bonitas
et clementia Isto enim modo potest
per suos effectus scilicet a creatura cog-
nosci Et sic salvatur auctoritas
Gregorii antedicta Item Ambrosius
super ad ro sicut ex motibus
et administratione corporis animam
quam non vides intelligis Sic
ad administrationem totius mundi et regi-
mine omnium creaturarum creatorem
philosophi intellexerunt Item Gregorius
in 4to dyalogorum Nulla visibi-
lia nisi per invisibilia videntur ipse
ergo corporeus oculus nisi corpea
videret nisi hunc res corporea ad
videndum acueret Nam tolle men-
tem que non videtur in cassum patet
oculus qui videbat Si oculi ipse
videbant cur discedente anima nil

vident Item cum ad faciendam
fidem de parentibus carnalibus
sola publica fama absque testibus
et probationibus sufficiat cur cum
tanta difficultate sit aliquibus
fides de patre celesti Item michi videtur
que ceperunt initium habent cuius ortus
causa non precessit Omne quod in-
cepit esse non habet de nihilo eorum quod
inceperunt esse sic enim precessisset
seipsum quod est impossibile ergo aliqua
causa est que nunquam incepit esse
sed quod non incepit esse non de-
sinet esse nam esse quod habet
a se amittere non potest Unde Seneca
ta [illegible] e namque quod adue-
niat fuit ergo aliqua causa
fuit et est sine principio et sine fine
et hoc indubitanter est deus.
Et hec pauca contra insipien-
tem heretici dicta sufficiant Viso
de errore illorum qui deum esse ne-
gant sequitur videre secundo de
errore illorum qui creaturas dei-
ficant qui error ydolatria dicitur
Et licet supra in primo precepto
precepto aliqua de materia
latrie et ydolatrie nec non diuinationibus
tamen succincte pertractata sint michi
loquens de hac materia pro studen-
tium delectatione hic aliqua tange-
tur sed aliter quam ibi Pro cuius opi-
nionis errore evidentia ac cetera
intelligentia circa ydolatriam sunt
quatuor breviter attendenda
Et primo quid sit ydolatria
Secundo de causis eius Tertio de
speciebus Quarto de destructione
eius Circa primum est sciendum
quod latria est summe venerationis cultus
soli deo exhibendus vel latria
est voluntaria professio divine ma-

iestatis ydolatria vero est cultus
deo debitus creature exhibitus
Nota ubi sciendum quod inter latriam y
dolatriam duliam et yperduli
am talis differentia a magistris solet as
signari latria enim ut est dictum est
cultus deo debitus ydolatria est
cultus deo debitus creature ex
hibitus Dulia vero est honor
qui exhibetur sanctis unde et
de beata virgine sciendum quod in
quantum est persona sancta debetur ei
dulia sed inquantum est dei mater
debetur ei yperdulia id est maior
excellentia quia yperdulia de
betur excellenti sicut est caro christi
beata virgo et crux christi in
qua pependit quia instrume
tum fuit nostre redemptionis
ymaginibus debetur adora
tio que debetur illis quorum
sunt ymagines non inquantum res
sancte sed inquantum illarum quarum
sunt ymagines adorantur Su
mitur autem hoc vocabulum de
glo. pri. libri viij° ubi dicitur du
lia minor et dulia maior Ex
predictis insurgunt duo dubita
bilia perscrutanda Et primo
utrum cultus latrie debeat matri
christi exhiberi Ad hoc respondent
theologi dicentes quod cum ipsa
pura creatura sit ad honorem
latrie non ascendit Tamen quia
hoc nomen mater dei tante digni
tatis sit et existit quod non solum
viatores sed etiam comprehenso
res verum etiam et ipsi angeli eam
reuerentur quadam videlicet
prerogatiua speciali ut prelata
ceteris creaturis ideo ceteris
est ipsam preceteris honorare

et veneratione hic autem honor a
magistris yperdulia nuncupatur
et accipitur hoc vocabulum ut
superius est expressum De glo
primi libri viij ubi dicitur du
lia minor et dulia maior Si
autem dicitur et obicitur quod honor
matris refertur ad filium Dicen
dum quod honor potest referri ad ali
quem dupliciter aut sicut ad finem
et hoc modo refertur ad filium ho
nor qui offertur matri aut sicut
ad obiectum et hoc modo refer
tur ad christum honor qui exhi
betur matri Unde qui adorat
ymaginem christi christum adorat
non ymaginem qui autem adorat
christi matrem adorat christum et
eius matrem Sequitur queritur
utrum cultus latrie exhibendus sit
cruci christi huic questioni respondent
theologi quod multiplex est mo
dus dicendi quidam enim di
xerunt quod cruci christi debetur
honor qui dicitur yperdulia
eo quod in ipsa redemptio et sa
lus humani generis est facta Et
ideo omnes debent ei esse sub
iecti subiectione notabili et
speciali Sed inquantum adoratio
sicut et glorificatio videtur esse
plus o in tres rationes capa
ces Adoratio enim est quedam
oratio ad aliquid ordinatum ado
rare quidem est aliquid orare
crux autem ratione caret ideo et
Alij autem dixerunt crucem christi
non esse adorandam nisi inquantum
christus in ea adoratur nec aliqua
est ei reuerentia exhibenda
nisi ratione crucifixi sicut nec
ymagini nisi ratione ymaginati

Ideo dixerunt quod cruci christi exhibendus
est honor et cultus latrie Verum
tamen quia Damascenus ait ipsum pre
ciosum lignum crucis venerabile in
quo se ipsum christus pro nobis obtulit
ut sanctificatum tactu corporis
et sanguinis detentum adorandum est
et sic Si autem ex alia ma
teria factum est non ipsam materi
am adoramus sed typum christi Ex hoc
colligitur quod aliqua ipsi cruci sit
reverentia exhibenda latrie ado
racione excepta et hinc siquidem est
quod ecclesia sollempnisat crucis in
ventionem et exaltacionem sicut
festivitates sanctorum Et ideo neu
ter predictorum modorum videtur sufficere
propter quod est advertendum quod du
pliciter potest aliquis honor exhiberi
aut in obsequium reverentie qui est
honor veneracionis aut in testi
monium virtutis et familiaris com
placentie qui est honor adora
cionis et utrumque istorum honorum
offertur cruci quia ipsam adora
mus et veneramur Sed in hoc est
differentia Quia honor veneracionis
exhibetur ~~cruci~~ cruci tamquam instru
mento nostre Unde sicut exhibe
mus sanctis reverentiam quia in
eis est quedam salutis nostre cau
salitas ita et cruci christi et
clavis est aliqua reverentia exhi
benda honor autem adoracionis
offertur cruci racione crucifixi
Nemo enim intendit placere vel
ab ea aliquid impetrare sed ei et
ab eo qui fuit affixus in ea
et sic non debetur ei nisi adora
tio latrie Sic ergo cruci christi
duplex honor debetur Unus
quidem est latrie Alius vero nec

debet dici latria nec dulia quia
non est species adoracionis sed dicitur
honor veneracionis Et sic patet
quod crux christi adoranda est latria
Si autem obicitur quod crux est
pura creatura dicendum est
quod non adoratur ut res sed ut
signum rememorativum dicens in
crucifixum De latria et dulia et
de differentiis earundem habetur
in canone venerabiles ymagi
nes de conse. di. iii. c. glo. ibidem
positis Et notandum quod ydolum
quandoque dicitur lignum vel alia res
sic figurata quandoque vero dicitur co
mictum ex ymagine et demone
presidente et ita sumitur i ad
Cor viii ubi dicitur quod ydolum
nichil est in mundo Illud ergo
quod putabat esse ydolum scilicet per
sonam subsistentem ex simu
lacro et spiritu presidente non
erat Circa secundum scilicet de cau
sis ipsius erroris est sciendum
quod propter quinque causas ydola
tria inducta est vel augmentata
Prima causa fuit dolor nimius
de aliquo amico perdito Pater
enim amisso filio nimis dolens
ymaginem sibi fieri fecit et
ut esset ei aliquale solatium
Sap xiiii Acerbo luctu do
lens pater cito sibi rapti filii
fecit ymaginem et illum qui tunc
quasi mortuus fuerat nunc
tamquam deum cepit et consti
tuit inter suos servos sacra
et sacrificia Hanc primam causam
ydolatrie ostendit Gregorius super
illud Luce xi In belzebub prin
cipe demoniorum dicens Ni
nus rex ninive Belo patre suo

mortuo statua fecit qua sum
ma reuerentia honorat et ita
ut etiam reis ad eam venientibus
parceret unde progressu temporis
ceperunt eam homines venerari
ut deum et multiplitudine et qui
dam vocaverunt beel alii baal
alii baalim alii beelzebub secundum
diuersitatem lingwarum Secunda causa
fuit vesana superbia principum
qui non attendentes infirmitatem
suam voluerunt se ut deos ho
norari sicut Nabuchodonosor
rex qui precepit holoferni prin
cipi milicie sue ut omnes deos
terre sue exterminaret ut ipse
solus deus diceretur ab hiis na
cionibus que potuissent holo
fernis potentia subiugari
secundum quod in Judith in habetur
hystoria Tercia causa fuit
adulacio siue desiderium quod
habebant inferiores acquirendi
gratiam maiorum Augustinus x. libro
de civitate dei multa usur
pata sunt de cultu divino
que honoribus differuntur huma
nis siue humilitate nimia siue
adulacione pestifera Quarta
causa fuit potentia qua cre
diderunt supereminere in hiis
quos deos esse putabant
crediderunt ergo demones potesta
tem habere in homines et etiam
in elementa Cuius erroris
occasio fuit Prima credide
runt demones sanare lesiones
corporum dum ab eis cessabat
Credebant etiam eos prenoscere
futura quia predicebant eis
mala que dei permissione erant
hostibus illatura Quinta causa

est ceca cupiditas hominum qui tunc
satis curiosi aliquid sciendi vel
cupidi aliquid acquirendi ut
se ipsos demonibus vendunt ut
suam cupiditatem valeant
adimplere Circa tertium scilicet de
speciebus ipsius ydolatrie errores est
sciendum quod septem species ydo
latrie reperiuntur prima est [struck] cul
tus demonum Secunda luminarium ut so
lis lune vel stellarum Tercia e
lementorum Quarta hominum quinta
animalium irracionabilium Sexta y
maginum vel alterius operis huma
ni Septima temporis vel eius
parcium et etiam ydolatra alia
rum Circa quartum videlicet
scilicet cum ipsius erroris destructio
nem est breuiter sciendum quod y
dolorum cultura omnis mali
est causa initium et finis Sap.
xiiii. glo. xv. Ergo mens a
creatore se avertit omnibus im
plicatur sceleribus aggravatur aut
ex vilitate rei in qua transfertur
honor divinus maius est peccatum in
cum honor iste transfertur in qua
drupedes aut reptilia quam quando
in homines vel racionabilia anima
lia Ad Ro. i. Mutaverunt glori
am incorruptibilis dei in simi
litudinem corruptibilis hominis et
volucrum quadrupedum et ser
pentum glo. Quibus Quinta est stul
ticia eorum apud quos plus potest
ymago quam veritas et potiores
sunt mortui quam vivi Porro
ad destructionem ydolatrie que est
cultus demonum advertendum est
quod ipsos colere est valde dete
stabile et cauendum et hoc
propter duo Primo quia ipsi sunt

hostes dei et magis displicet
deo cum honor eius transfertur
in eos quam cum ad alias creaturas
transfertur. Secundo quia ipsorum cultus
magis est hominibus periculosus. Sunt er-
go ipsi demones sunt hostes
humani generis et cultoribus suis
sunt familiares inimici. Nulla
autem pestis efficacior ad no-
cendum quam familiaris inimicus.
Ideo Augustinus li° lxxxiii questionum
q. ii° ... tamen contrarium quod
si cura magicis artibus adhibeatur
tunc ergo recipit eos familiares
qui eius dampnacionem querunt.
Tercio ad destructionem ydolatrie
que est cultus luminarium. Est notandum
quod hii qui sunt huius erroris dicunt
mortales esse subiectos soli lune
et stellis. Eciam quantum ad sapi-
enciam vel ignoranciam et quantum
ad bonos mores vel malos et
dicunt celestia lumina secundum situs
suos seu constellacionem cau-
sam esse bonorum morum vel malorum
esse in hominibus quod patet esse falsum
quia non propter stellas homo,
sed stelle propter hominem facte sunt
sicut dicit Gregorius. Sol et luna
homini tamquam domino suo obedivit ut
Josue x legitur. Patet eciam
esse falsum quod isti dicunt ydo-
latre quia diversi homines eadem
hora nati mores habent diversos
sed licet ipsi dicant quod qui sub
tali constellacione nascitur talis
vel talis est futurus et qui tali
hora tale opus incipit prospera-
bitur. Item manifestum est quod nati
una eademque hora vel aliquod
opus aggressi diversos habent
eventus. Et hoc clarius infra

in viii° serie metre partis pre-
cepto. Quinto archana dei vl-
timo de illa specie ydolatrie que
prohibetur clementis qui dicitur
cultus milicie celi de qua fit
sepe mencio in sacra pagina.
Notandum quod celi miliciam voca-
uerunt qui huius erroris fuerunt
multitudinem spirituum. Horum enim
quosdam dixerunt preesse celo
stellato alios planetis et circulis
eorum alios igni alios mari a-
lios terre et utebantur invo-
cacionibus huiusmodi per quas credebant
congruere maleficiis suis. Huius-
modi ydolatre siue sint viri
siue mulieres iubentur lapi-
dibus obrui Deuteronomii xvii. Hec
videntur adhuc manere in
quibusdam simplicibus qui vi-
dentur in ortu solis solem a-
dorare vel lunam in novilunio.
De milicia vero celi habetur
Jeremie xix. Et ysa. xxxiiii.
et Sophonie i. et Actuum vii°. Quin-
to ad destructionem ydolatrie
que est circa ymagines. Sciendum
quod huiusmodi ydolatre sunt infeli-
ces et maledicti et derisione
digni. De ipsorum infelicitate
Sap. xiii. dicitur infelices sunt
et inter mortuos spes illorum est
qui appellaverunt deos opera ma-
nuum hominum. De maledictione eorum
Deuteronomii xxvii. Maledictus ho-
mo qui facit sculptile vel confla-
tile. Sap. xiiii. Per manus quod
fit ydolum maledictum est et ipse
qui fecit. De derisione ipsorum Jere. x. va-
na sunt et opera derisione digna. Ex
his predictis duobus erroribus restat
nunc dicere de tercio s. de machometo

errore qui ut ait Augꝰ in li°
de natura boni sensum perdiderat
studio contradicendi hic posuit
duo pn̄cª unum boni alterum ma
li De isto etiam errore habetur
supra sed aliter in xxv p(ar)te
precepto Nil tenuerunt credideru(n)t (enim)
secundum eos est princeps lucis cuius
habitatio est regio lucis super ista
visibilia Alter est princeps tene
brarum ex adverso cuius habitatio
est regio tenebrarum et utrumque
istorum principium secundum eos habet p(ro)p(r)ium
sum Manichei posuit esse
corruptibilia in principe tenebrarum
Ad probandum erroneam eorum
opinionem inducunt ipse multas
sacre pagine utriusque testa
menti auctes sed taliter qua
liter primo inducunt auctem
illam gen. i Tenebre erant
super faciem terre ex hoc inse
runt deum non esse benignum q(uia)
opus suum incepit a tenebris non
intelligentes tenebras non esse
existenciam alicuius rei sed lucis
absencia unde non oportet
ponere aliquem auctorem tenebra
rum tenebre non sunt nisi ab
sencia lucis nec minus lauda
bilis est mundi creator si a ni
chilo incepit immo hoc commen
dat eius potenciam quod ex nichi
lo lucem et alia creavit per hoc
ostenditur quod ipse potens est
operari sine materia precedente
vel instrumento quod proprium omnipo
tentis est Secundo auctem illam
inducunt que habetur q(uar)t. in°. De
dya° Ostendit dominus meo omnia
regna mundi et eorum gloriam
dicens hec omnia dabo tibi si

cadens adoraveris me Ex quo
inferunt quod omnia regna mundi
erant dyaboli cui omnia promisit
xpo hec probacio ridiculosa
est cum dyabolus sit mendax
et pater eius Jo. viij Tercio in
super inducunt auctem illam ast
vij Non potest arbor bona fruc
tus bonos facere ergo mala
non possunt esse ab eodem principio
a quo sunt bona ergo sunt
duo principia unum bonorum
aliud malorum Sed sermo veritatis
quo utuntur ad confirmacionem
falsitatis materiam ministrat con
fusionem eorum licet enim arbor
bona non faciat fructum malum
tamen nichil prohibet fruc
tum quem arbor bona bonum pro
duxit postea patefieri et
corrumpi et nemo adeo fa
tuus est qui videt diversa poma
in archa vel in mensa quorum
alia sunt putrida alia sana
quod propter hoc non credat ea
esse ex eadem arbore Sic non
prohibet dyabolum bonum esse ex
creacione et adeo factum in sua malum
vero propria voluntate devoluitur
eciam concidicta opinione erro
neam probare aliquibus frivolis
et falsis racionibus inter ceteras
vero hanc falsam et colora
tam adducunt videlicet quod contra
riorum contrarie sunt cause un
cum secundum eos bonum et malum
sunt contraria erunt a contrariis
principiis scilicet a principio bono
et a principio malo huic false
racioni quia unum contrariorum re(spon)so
non est unum universaliter Cau
sa enim efficiens voluntaria

operans p(otes)t esse causa contrario(rum) Idem ergo pictor fac(er)e p(otes)t ymaginem albam et ymaginem nigram et pulcram et turpem Sed causa naturalit(er) operans que operatur sec(undu)m similitudinem dans spem suam patienti no(n) p(otes)t esse causa contrariorum cu(m) no(n) habeat in se contrarias spes uel formas Subtractis predictoru(m) erroribus auctib(us) et ro(ati)onibus quib(us) innituntur po(n)nendo sunt auctes et ro(ati)ones quib(us) ip(s)e directe destruuntur et quib(us) ostenditur vnicu(m) esse principiu(m) a quo sunt om(n)ia visibilia et invisibilia legit(ur) g(e)n(esis) x. q(uod) ab initio creac(i)onis masculu(m) et feminam fecit eos Deus Ite(m) luce iii. vbi texitur geneologia x(risti) ibi dicit(ur) Q(ui) fuit adam qui fuit dei ergo adam fuit a deo et no(n) a dyabolo Item Joh(annis) i. om(n)ia p(er) ip(su)m facta su(n)t ergo visibilia et invisibilia et p(ro)p(ter)ea mundus p(er) ip(su)m factus (est) et ap(osto)lus in ep(isto)la ad Colloce(nses) i Condita su(n)t vniu(er)sa que in celo et in terra visibilia et invisibilia Et apo(calypsis) x. dicit de angelo qui iurat p(er) viue(n)tem in secula seculo(rum) qui creauit celu(m) et t(er)ram et ea que in eo su(n)t et mare (et)c(etera) Secu(n)do ponendi su(n)t ro(ati)ones dictu(m) errorem destruentes Dicit ipi manichei lucem et tenebras ab eodem principio esse non posse sed eadem ro(ati)one vox et silenciu(m) erunt a contrariis principiis Sic enim se h(abe)t silenciu(m) ad voce(m) sicut tenebre ad lucem vnde Augustinus (contra) reci(pien)do manicheos d(icit) Si

est gens tenebraru(m) pugnans contra dei lucem quare non est gens silencio(rum) pugnans contra vocem Item si lux a bono deo visus q(uia) melior e(st) luce cu(m) lux p(ro)pter visu(m) sit et sine visu sit inutilis erit a deo quis dubitat cu(m) cu(m) serviat lumine candele p(re)ualere lumen illi et si visus et lux q(ue) maxime (est) visibilis sunt a deo eadem rac(i)o(n)e et auditus et audibile et gustus et gustabile ergo o(mn)ia corp(or)a corruptibilia su(n)t a deo Item cu(m) viue(re) sit melius q(uam) fulgere Si nichil p(otes)t fulgere sine deo multo mi(nus) nec viue(re) ut Aug(ustinus) ergo om(n)ia viue(n)cia su(n)t a deo Preterea impossibile (est) duo principia esse absolute Si enim aliquod est principiu(m) absolute (est) p(ri)m(u)m Si aut(em) e(st) principiu(m) no(n) habet p(ri)m(u)m nec medium Vnde dyonisius om(n)ib(us) dicas sine dualitas e(st) p(ri)n(cipiu)m monas aut(em) sine vnitas erit principiu(m) dyadis i. dualitatis p(ri)n(cipiu)m Item no(n) mi(nus) p(er)tinet ad deu(m) bonitas q(uam) potencia uel sapiencia ergo si ridiculu(m) esset ponere sine potencia uel sapiencia aliquem deu(m) sic ridiculu(m) e(st) pon(er)e sine boni(ta)te Dyonis(ius) Ne(que) diui(nu)m malum est nec malum diui(nu)m Item corruptibile et incorruptibile conueniunt ad vnu(m) p(er)ficiendu(m) ut corpus et a(n)i(m)a ad vnu(m) p(er)ficiendu(m) s(cilicet) ho(min)em et e(st) naturalis amor vni(us) ad alteru(m) quod indicat sep(ar)ac(i)o vnius ab altero que cum dolore fit Ex quo

maifestum est ea non esse ex con
trarȳs pricipȳs Item pⁱᵃ ad
Cor vij° dicit aplus Nescitis
q membra vra templū sunt
spūs sancti qui in vobis ē Sz
constat q si priceps tenebrarꝝ
fecisset corpus huanū spūs sctus
non habitaret in eo Nunqȝ no habz
spūs sctus aliud habitaculū que
ergo societas lucis ad tenebras
dicit Aplus ij ad Cor v qⁱ
dicet nulla et sic ptz vitas
pdictorū Attendens ergo au
tor q in tempore suo multi
a via morū necnon etiā inte
veritatis multiplr deviabat
volens omnibus et singulisma
liter erratibȝ optima adhibe
re remedia non solū pfacie
ut supⁱ habitū ē vm̄ etiam
et metrice insra scⁱpta pbet
rudimenta Unde scdm pri
cipalr̃ sacere intendit in hᶜ
suo opusculo quatuor prin
palibȝ erroribus sm hoc iiijᵒʳ
intendit licet incident plura
alia faciat Pⁱmo namqȝ fac
ere intendit illorꝝ erro ri
qui negant deū esse nᶜ p ra
cionem de invari posse nisi
p viam fidei et revelacōis
cū in pⁱmo metro dicit Si deus
ē ꝛc quasi velit innuere
autor q deus pcul dubio ē
sm qd supra in pⁱma qstⁱo hoc
satis deductū et pbatū ē hoc
etiā hic pbat autor in pⁱᵒ
pⁱmi metri cū dicit Si deus
ē i quia deus ē pom cum
debet si p quᵒqꝫ ee causatiā
et dicitᵣ hic vim esse a quo
omnes res habet esse ut Boeci

cius in li° de trinitate comᵖbat
dicens Sola diuina essencia ē
eo q ē cetera vero no sunt
id quod sunt qⁱ diceret nichil
ē quod habeat vm̄ esse pter
deū unde phus quidam ait
Si deus non esset unde bonū
ē ymo si deus non ē quo aliqd
ē Nam pⁱori no posito qd po
sterior est causa et racō po
sterius nunqȝ erit i mundo Et
ideo pricipiū pⁱᵐ om̄i creato
rem esse est necesse Sicut
habetᵣ ex li° methaᶜᵉ Unde
ad esse sequitᵣ vivere sentire
et intelligere Si ergo esse
tollatᵣ nec vive nec sentire
nec intelligē in rebus ē inve
nire Item scdm phm mundus
est quoddam pfectum in nullo
penitus diminutū quod ē ab
eterno pductū cuiq ē qntum
creature ē possibile expressiū
Ergo si i i mundo ut patet
ad sensū est ponere aliqd
bonū et etiam aliqd maius
bonū erit et in ipo ponere
summū bonū no quidē abeo con
tentū sed qtinens ipm mundū
tamqȝ bonū simpliciᵣ infinitū
rerū om̄i pncᵃˡⁱ pductm pfa
to subdit i mediate deus ē
cuiq Et hec ē vna ex causis
quare deus ē plus colendus
in maiori mundo qd cuiq i mo
ri mundo i in homine qꝛ excel
lenciā tenet et ipm gubernat
et regit ita deus maiori mundo
se habet scdm qd i mediate ē
aliqualiter est expressiū Sz no
ta dr̃ram int ami et diaz quia
ala ē ipa suba qua vivimus Ânimus

vero est superior pars anime sicut caput superior pars corporis. Sed sunt quidam qui secundum partem anime inferiorem delectantur in terrenis in hoc mundo. Quidam vero qui secundum partem anime superiorem delectantur in deo et in celestibus. Cum enim motus sursum et motus deorsum sint contrarii. Et impossibile sit aliquid simul duobus motibus contrariis moveri impossibile est etiam in mundo isto et deo delectari. Pondus meum amor meus dicit Augustinus. Eo feror quocumque feror. Non potest mercator simul et semel delectari in patria et appreciato sit habere obulum et denarium si vis habere eum. Et propterea dicit Jacobus 4o. Qui voluerit amicus esse huius mundi inimicus dei constituetur. Item suffocat autor errori illorum superstitiosorum et ydolatrarum ideo quod etiam divinum cultum eripiebant honorem soli deo debitum diversis creaturis attribuentes omnes deus quod soli deo debitum et summa reverentia est exhibenda secundum quod supra plenius in secunda questione est tactum. Et hoc facit in secundo metro dum dicit hic tibi precipue sit pura mente colendus quasi velit innuere quod hic solus deus meus et non excogitabitur alius a deo ratio quia lex sapientia in dicendo hic admonet omnem viam discipline habet etiam potestatem in regendo unde in psalmo hic est dominus deus meus ipse reget nos in secula hic scilicet deus est tibi id est a te precipue id est principaliter

hoc est in mente promptissima. Debet enim quis ad divinum cultum se tradere et ad ea que pertinent ad famulatum et devotionem. Et hoc est quod exodi xxxv scribitur quod multis filiorum israel mente promptissima atque devota primicias deo offerebant et hoc maxime de se mente pura. Unde in metro concluditur mente pura colendus hoc est dicere quod mens intenta divino cultui coniungitur deo et ex tota sui quantitate sit pura et ad talem quantitatem summa requiritur puritas. Dicit ergo si deus est. Nota quod versus hic si deus est animus multipliciter exponi potest secundum multiplicem inde insurgentem ut primo sit. Si animus meus est deus id est divinus id est a deo originem habens ut carmina dicunt. Dicitur enim in quibusdam gentilium libris quod corpus seu substantiam corpulentam traximus ab elementis animam vero a deo quasi velit dicere quod deus non sit creator corporum et solum animarum cum tamen hoc falsissimum est dicere vel opinari. Hunc enim errorem repellit apostolorum princeps in symbolo apostolorum dicens. Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre visibilium omnium et invisibilium. Hec opinio latius tangitur supra super primo principio partis antedicte in tertia questione. Sequitur in secundo metro hic id est animus sit colendus mente pura tibi et precipue id est maxime id est magis quam corpus. Colere autem animum est abiectis viciorum sordibus quasi quibusdam floribus ipsum ornare et hoc est dictum

vel secundo ut dicatur Si deus est
ut anima et racio dictat vel
et ut nobis carmina dicunt hic sit
tibi colendus pura mente vel ter
cio ut dicatur Si deus est colen
dus pura mente sicut carmina di
cunt hic id est ius colendi deum sit
tibi anima id est intencio tua precipue
id est pocius quam aliis rebus vel
quarto dixi supra in principio presenti
tali precepto Supplica deo et
non diis Ad quod posset aliquis
obicere Est ne tamen unus deus
colendus Videtur si tamen unus deus
colendus est quare dicit tibi pre
cipue certe quia ~~primum~~ primum et
precipue et sempiternum quod con
firmat autor dicens ut anima
id est intencio et carmina id est aucto
ritates sanctorum patrum dicunt
id est testantur et asserunt vel quinto
ut dicatur etc. id est si anima est
deus ut carmina dicunt etc. an
tiqui ignorabant unum deum
esse et animam suam sapiencia predi
tam intelligentes eam pro deo co
lebant hec opinio licet sit erro
nea latius tangitur supra in prima
questione huius primi principii me
trice probati unde ex hoc talis
solet dari versus Nullum numen
abest si sit sapiencia tecum id est racio
tua vel sexto ut dicatur quod Si
ponitur hic pro coniunctione copula
tiva et creativa nec non et
certitudinali et non condicio
nali ut satis de hac exposi
cione est expressum Vel septimo
ut exponatur Si pro quia
quia carmina id est versus poetarum
dicunt id est testantur quod anima est
deus nobis hic scilicet anima sit

colendus tibi precipue id est ante pura
mente id est devoto animo et puro
corde precipue id est super omnia quia
super omnia deus autor hic pro
stat modum et formam colen
di deum quia pura mente est
colendus iste modus exprimitur
Exodo xxviij ubi dicitur Non ha
bebis deos alienos coram me
non facias tibi sculptile nec
omnem similitudinem que est in celo
desuper et que in terra deorsum
nec eorum que sunt in aquis
sub terra non adorabis ea neque
coles Istud primum decalogi preceptum
tres habet clausulas Prima
est non habebis deos alienos
coram me ubi prohibemur adorare
creaturam spiritualem scilicet angelos
Secunda clausula est Non facias
sculptile id est ymagines fictas
que nullius rei naturalis sunt
representative Tercia clausula est
nec omnem similitudinem scilicet ymaginem
rei naturalis et sequitur
que est in celo desuper ut solis
et lune et que in terra de
orsum ut hominis bovis et similium et
eorum que sunt in aquis sub terra
id est piscium non adorabis ea scilicet
actu exteriori Ex quo colligi potest
quod non reprehenduntur illi qui
faciunt ymagines non quidem ad
adorandum sed ad meditandum honor
autem qui exhibetur sanctis
non est latrie sed dulie ut supra
dictum est secundum racionem allego
ricam scilicet honor qui deo exhibe
tur est latrie Unde si creature
exhibetur honor deo debitus est
ydolatria Prima igitur clausula

hinc precepti ostendit iudeos et
Sarracenos ydolatras esse qui
deos habent alienos Iudei quidem
messiam i. antixpm Sarracenj
vero machometum Contra secundam
clausulam faciunt heretici qui non cre
dunt de deo nisi per ymaginacionem
et fantasiam consurgit Contra
terciam clausulam faciunt mali xp
ian qui superbi colunt similitudi
nem eorum que sunt in celo omnia
super omnia diligunt prelaturam
et dominium Avarus colit similitu
dinem eorum que sunt in terra scilicet
divitias et pecunias voluptuo
sus scilicet carnalis colit similitudinem
Exodi eorum que sunt in aquis Et circa
hec nota quod superbi divites et po
tentes non recognoscunt habere
caput scilicet deum supra se iusto
dei iudicio accidet talibus quod
evenit cuidam qui ad tantam
venit dementiam quod non vide
batur sibi quod haberet caput Quidam
vero medicus Avicenna ut fertur
hoc audiens super caput eius plum
beum capellum fortiter alligavit
Unde post paucos capellum sic po
derosum per suam ponderositatem
persensit tunc sensit se habere caput
et per talem modum curatus evnde
Sic accidet illis principibus et do
minis temporalibus qui omnem adin
venuit viam ut populum excoriet
seu expolient atque clerum non
credentes caput scilicet deum supra
se habere quia si crederent nullo
talia perpetrarent sed valde divinam
contra se sentenciam pertimescerent
cum timere dicatur Luce xii Timete
illum scilicet deum qui potestatem habet mit
tere in Jehennam tali plumbeum

capellum super omnia ponderosum
super eius caput imponitur quando
vi illa sentencia terribilis eterna omnium
terribilium finis contra eos pro
nunciabitur Matthei xxv Ite ma
ledicti etc pro correctione talium
et emendacione Que infra scripte
hystorie multum valere debent
primam recitat Beda in gestis an
glorum scilicet de rege illius gentis
qui semel habuit talem visionem
videbatur enim sibi quod staret ante
crucifixum argenteum quod in
camera sua pro devocione tenebat
et videbatur sibi quod esset carnens
et quod habet latus sinistrum totum
corrosum dextrum iam erat
inceptum corrodi Et cum hec
diceret eidem crucifixo Domine quis
quis hoc fecit tibi Respondit cru
cifixus Certe tu es iniquus ille cu
ve tibi ne ulterius procedas quia
statim morte pessima morie
ris Tunc rex evigilans valde
perterritus querebat significacionem
visionis sue et tandem venerabilis
Beda ipsam talem exposuit
dicens O rex nouis quod dicit
apostolus ad Ephesios v Quia caput
ecclesie est xpus et membra huius
capitis sunt omnes fideles per latus
sinistrum intelliguntur seculares et
istud latus totum corrodisti quia
totum populum spoliasti Per latus
vero dextrum intelligitur clerus
quia sicut in latere dextro ma
gis viget virtus quam in sinistro
ita in clericis ut plurimum magis
virtutes vigent et vigere de
bent quam in laicis et iam istud
latus incepisti corrodere ecclesiarum
bona corrodendo et diripiendo

Et tunc dicitur quod rex timens pote
ciam et sciam regis supra se cor
rexit Quidam hystoria recitat
Valerius de Allexandro qui habita
victoria contra Darium regem
persarum in tanta elevatus est super
biam quod suis militibus demandavit
quod eum de cetero adorare deberent
sed iusto dei iudicio dum in quo
dam prelio graviter vulneratus
fuisset et ex hoc magnos do
lores et cruciatus persensisset hoc
notabile verbum dicitur protulisse
Fatuum est quod homo se deum faciat
et se esse mortalem non cogno
scat hic enim cognovit supra se
habere caput scilicet deum Secundo
autor intendit errori curiosorum
qui volentes plus sapere quam o
portet secreta dei et solo deo
nota per vires naturales ingenii
perquirere videbantur Et hoc fa
cit in secunda parte metrica ibi Cel
licus si forte etc. et maxime
in sexto precepto ibi mitte archana
dei De materia ista tangitur
etiam supra in prima principa
li parte in capitulo Ad fontem er
go virtutum qui corpus est etc.
Tercio autor sucinctiore intendit
errori desidiosorum qui superba et te
meraria presumptione credebant sine
doctrina preceptorum moralium se
posse virtuosa opera exercere
parum enim vel modicum prodesset
si precepta que data sunt vel
que deo dante per autorem in po
sterum dabuntur non essent be
ne medullitus intellecta Et ideo
in tercia distinctione inducere in
tendit ut tam in premissis quam
in sequentibus preceptis intelligendis

attencionem propriam exhibeamus
quia ut ipse ait in prologo quarte
hiemalis partis legere et non
intelligere est Et hoc facit in tercia
principali parte metrica ibi hoc
quicunque cupis Quarto et ulti
mo intendit autor errori cupi
dorum qui per temporalia bona et ali
as voluptates credebant vite
securitatem acquirere In qua distinc
tione ponit ea que impediunt
vite securitatem ut illa fugere de
beamus et ad eam secundum virtutes
acquiramus Et hoc facit in quarta
et ultima principali parte me
trica primo precepto cum dicit se
curam quicunque Est ergo prima
principalis pars metrica Si deus
est animus Istud est primum preceptum
metricum quod specialiter pertinet
ad primum paradisi flumen scilicet iu
sticie et est de actu religionis
vel latrie Est enim religio vel
latria virtus quedam et species
iusticie per quam ~~reddantur~~ ordi
namur ad deo reddendum debitum
cultum et reverenciam et honorem
Ex eo quod ipse est primum universale principium
rerum productionis in esse atque rerum
gubernationis huiusmodi autem virtus
religio vocatur vel latria i. ser
vitus quedam deo debita Hec
autem virtus scilicet religio habet ali
quos actus proprios et immediatos
per quos homo ordinatur ad solum
deum scilicet colere sacrificare adora
re invocare et laudare De pro
priorum actuum scilicet de cultu dei deter
minatio est in probatis metricis
Si deus est animus Alios autem habet
ipsa religio quos producit medi
antibus virtutibus quibus imperat

ordinans eos in diuinam reueren-
tiam Et de hijs actibus et alijs
dicetur in sequentibus metris totius
libelli Unde omnia metra totius
libelli ordinat primo ad cultum di-
uinum exhibendum uel diuinam re-
uerentiam Nam per eam informantur
dei cultores qualiter deum precipue
id est prompte nec non pura mente
et deuota colere debeant secundum
quod in infrascriptis metris luculenter
apparebit De hac materia quo ad
cultum dei siue diuinum nec non et
alios quosque actus sequentes satis ple-
ne tractatum est supra in primo precepto
sacre partis precepto Itaque deo
supplicata Et ideo non est quo ad
hanc partem multum instandum
etc. Plus vigila semper Si negli-
gentie torpor desidiose me-
tis hospitium inuaserit tunc proscrip-
ta diligentia et virtutum exercitio
relegato omnis viciorum turba succe-
dit inde sompnus et pigritia
ingluuies et castrimargia et
omnes viciorum comites subsequentur
Caueat ergo impubes adolescen-
tia immoderatum sompnum nimium ha-
bere ne virtutum temperato mode-
rantia pariatur exilium Si enim
vite humane multum temporis spa-
cium preberetur nec confectum senio
aut cassatur egritudine rebus tamen
virtuosis sublimibus ac studiosis
exercicijs fuerat impendendum
ne desidiosa pigrities sompnus e-
nutrita diutinis et nocturnis vo-
luptatibus augmentata abortiuum
virtutis parat quippe quia deus ad
ubi honestatis separat et capiscerat
Plus vigila semper ne sompno
deditus esto Nam diutina

quies vicijs alimenta ministrat
Secundum autoris preceptum metrum
plus vigila etc. Postquam autor
in proximo primo precepto precepti
precedenti metro prebuit rudime-
ta ad primum riuulum et spem pri-
fluminis scilicet iusticie spectancia
ac etiam inducentia quo ad diuinum
cultum ipsi summo omnium rerum principio
prompte ac deuote exhibendum
Nunc vero in presenti precepto sub-
sequenti prebet rudimenta nobis
ad secundum paradisi fluuium scilicet pru-
dencie secundum unum intellectum
vel secundum alium ad tercium paradisi
fluuium scilicet temperancie inducentia
Et hoc cum dicit plus vigila
semper quasi velit autor innuere
quod postquam deus colendus est et
venerandus precipit dei culto-
ribus quod vigiles sint et sollici-
ti excusso torpore neglige-
cie ne segnicie venerentur cum
pigricia sit mortale peccatum pro-
tunc primum et secundum metri intel-
ligencia et obseruancia est
sciendum quod prudencia et spiritua-
lis vigilia idem sunt Racio quia
omnis oculus actu informatus
non dormit sed vigilat Cum
ergo prudencia sit virtus infor-
matiua intellectus qui est spiritu-
alis anime oculus constat quod omnis
prudens vigilat Ideo ergo id est
merito ista duo coniungit beatus
petrus in sua prima Epistola capitulo
iiij dicens Estote prudentes
et vigilate Sed nota quod tria
hominum genera consueuerunt
multum attente vigilare videlicet
Thezaurarij amentes et pla-
ti primo prudens thezaurarius

solet vigilare ad custodiam sui
thezauri inter alios autem thau
ros magis preciosus thaurus est
gracia dei quia isto solo thauro
amittitur regnum dei Et apostolus
de hoc thezauro dicit ij ad Cor
iiij° Habemus thaurum istum in
vasis fictilibus quia ergo habemus
thaurum tam carum et tam preciosum
et quia vas est tam fragile et
tam periculosum debemus ergo
plus vigilare et non sompno
lenti esse ad custodiam set sol
licitam istius thauri ne nobis
furetur Scitis enim quod lupus cot
tidie circuit ovile suum ut perdet
et mactet Sic moraliter adu
sarius noster dyabolus circuit querens
quem devoret continue querit
quo domum cordis mei perfodiat
et a nobis thaurum gracie di
vine furetur tollat Et propterea
beatus petrus prima Epistola sua c
v° monet vigilare dicens Sobrij estote et vigilate quia
adversarius vester dyabolus circuit que
rens quem devoret et Eccl iiij°
Justus cor suum tradet ad vigi
landum diluculo Adhuc sensum
facit optime quod legitur in
quadam hystoria greca de quo
dam qui ambulans per quoddam
desertum et dum invenisset hominem
nudum et dum hic nudus vi
disset illum statim fugam arri
puit Et ille cepit post illum
currere finaliter videns se evadere
non posse stetit et cum stetisset
interrogavit eum insecutor quare
fugiebat ab eo et ille talem
finxit hystoriam Dixit enim in
suis partibus quendam regem fuisse
Turrim unam plenam thauro habentem in qua positis custodibus
diligenter eum custodire faciebat
que condicionis talis erat ut
quociens custos vigilabat im
possibile erat fures et latrones
arte quacumque vel eciam instrumentis
etiam minimum lapidem de turri
illa evellere nec per consequens
thaurum illum furari aliqualiter
posse Sed cum custos dormie
bat statim fures ingredi pote
rant et inde asportare thau
rum pro sue voluntatis arbi
trio quod cernens rex custodi
lapidem preciosum contulit qui
talis erat virtutis quem dum custos
in manibus teneret impossibile
erat eum dormire sed quociens
de manibus cecidisset statim
dormitare incipiebat et ut
custodes magis essent intenti
imposuit penam capitis si quis
lapillum illum de manibus cadere
permitteret et obdormivisset
Quadam vice sum positus ad
custodiam illius turris et datus
est michi lapillus ille et cum pluri
mis diebus turrim illam custo
dissem casu cecidit mihi lapillus
et statim fures intraverunt
et thezaurum asportaverunt Cum
autem evigilassem et thaurum
asportatum vidissem timens re
gis potenciam in hoc desertum
aufugi cum te vidisse cogitavi
quod minister illius regis esses au
fugere cepi ne me comprehensum
ante regem illum duceres cuius
thaurus mei negligencia aspor
tatus est Et iste non intel
ligens huius hystorie exposicione

ab eo substitui cepit Et ille hysto
riam hanc exponere cepit in hunc
modum Rex ille id est deus pater qui
est rex regum et dominus dominancium
apok ultimo Turris ista est homo
in quo posuit deus thesaurum mul
tarum graciarum et virtutum vigil custo
diens hanc turrim est intellectus uel
racio Et dum racio vigilat im
possibile est fures id est vicia ingre
di turrim hanc et thesaurum di
uine gracie furari posse Sed
quam cito racio dormitare incipit
statim subintrant vicia et gracias
atque virtutes asportant et ideo
dominus amonet nos vigilare mt
xxiiij Si sciret paterfamilias qua
hora fur veniret vigilaret
utique et non sineret perfodi domum
suam Dedit ecclesie nobis lapillum
scilicet christum xpm qui nos preseruat
a sompno peccati scilicet beneficium pa
ssionis eius quod debemus semper
et omni hora ad memoriam redu
cere qua propter ille cum lapillus
ille ceciderit per peccatum obliuionis
et ingratitudinis non sepius
tale beneficium ad memoriam redu
cendo eterna morietur Submi(ttit)
videns ergo me sompno peccati
in seculo dormitasse per graciam
dei euigilans id est me ipsum re
cognoscens times etiam regis
potenciam et sentenciam quam per peccatum
merueram in hunc desertum aufu
gi et penitenciam agens eum depre
cor ut mihi de peccatis meis veniam
indulgere dignetur hoc sine
dubio ostendit autor in hys du
obus metris plus vigila Secundo
prudens seruitor solet vigilare
ad insistenciam sui seruitij licet

enim secundum apostolum liberi sumus
libertate qua liberauit nos xpus
tamen domino seruire debemus vn
in ps^o Seruite domino in timore
et luce id est Seruiamus illi in sancti
tate et iusticia coram ipso omni
bus diebus meis ergo omnes nos
qui esse debemus diuino seruicio
mancipati plus vigilare quam
dormire debemus ad hoc ne pec
cati sompnus nos comprehen
dat quia beatus ille seruus quem
cum venit dominus eum inuenerit sic
facientem uel vigilantem mt
xxiiij Et nota quod dicit vigi
lantem et non ociantem quod facit
diuturna quies id est ociositas que
secundum autorem viciis alimenta
ministrat Et primo vicio auari
cie siue rapine siue furti quia
qui non lucratur licite tunc se
ingerit ad lucra illicita Secundo
vicio luxurie ut patet de dauid
qui quam diu exercuit bella domini
continens fuit et tempore ocij
adulterium commisit Similiter Salomon
quam diu occupatus fuit circa domini
fabricam non fuit inuoluatus
amore libidinoso sicut postquam quiescebat
factus est ociosus Tercio ministrat
alimenta vicio loquacitatis Vnde
Apostolus j ad Thy. v. Adolescen
tulas viduas deuita Discunt
enim occurrere domos non solum
ociose sed verbose hoc est quod intende
dit autor in secundo metro dum
dicit Nam diuturna quies et
Tercio prudens prelatus et
minister solet vigilare ad
refulgenciam sui ministerij prelati
ergo qui super alios seculares
in loco eminenti sunt positi sicut

lucerna sup candelabru debent
plus vigilare qm dormire ut
omnibus sint in exeplu edifica
cionu ad hoc ut coram eis re
fulgeat ministeriu sicut de bto
Gregorio qui vigilans interptatur
Vigilans enim est participiu
significans continuu actu vi
gilauit enim btus Gregorius in
studio sapie vere vigilauit
in exercicio operacionis sancte et
vigilauit in officio prudencie
summe unde realiter fuit de istis
pastoribus qui custodiebant
sup gregem suu luce ij. vn
dici pt eciam talibus qui in alt
aris misterio sunt positi vigi
late et estote prudentes vn
apostolus i ad thy iiij Tu vero
vigila in omnibus labora mi
sterium tuu imple Sed nota
talem dram int vigilantem
et dormientem quia dormiens
apphendit aliqn multa sed
solu fantastica vigilans solu
apphendit realia et vera
Sic ergo ut possimus mundi
alia fantastica casura reli
quere et celestia vera me
sura apphendere debemus au
toris preceptu obseruare ipsum qz
totis viribus effectu mancipare
du dicit plus vigila De
materia vero huius precepti
metrici licicus habetur supra
in xlviij preceptum precepto cessa sa
tis e dormi Et qd hic de
ficit ibi suppletur Virtute prima
rc Primus quippe virtutu hostium
initur introire Primus exi
mis moribus pollere conatur
lingue ventilabru tanta moderacione
refrenet Si quis enim sensualitatis
impetu ductus imperio oris ianua
oportune et importune adoe
vim loquacitatis aperiat mox
detraccionis valuas dissensi
onis aditus contumeliarum
iurgia ppat et disponit mini
tetur ergo sapiens naturae sa
gacitas in industriam que linguam
in humano capite triplici clausu
ra recludit labijs videlicet den
tibus et palatu p hoc timens
sapientem paucis contentari
eloquijs sup effluere quidem
non s carere vicio Nam hec
vicialis pestilencia malicie im
petu non poterit cohibere
proximus ille deo rc

Virtutem primam puto co
pescere linguam Proximus
ille deo qui scit racione tacere
Tercium autoris preceptu metru
virtutem prima Postqm autor
in precedenti precepto posuit ru
dimenta ad vnu riuulorum quatuor
sedi paradisi fluminis scz prude
cie inducencia Nunc ponet rudi
menta ad vnu alium riuulorum
tercium paradisi fluminis scz tem
perancie inducencia Et hic
riuulus siue species modestia vo
catur Et hec virtus valde
viguit in antiquis Est autem
modestia sciencia earu reru
que agunt in suo loco collocandorum
ut ait Tullius lo i de officiis et
s dicta a modo in quo nec plus
nec minus qm expedit fiat huius
partes ponit macrobius lo pmo
que sunt viij verecundia absti
nencia castitas honestas mode
racio parcitas sobrietas et pudicicia

Het virtus scilicet pudicitia docet
cauere indecentia in lingwa ri-
su motu corporis habitu cultu
et in occupacione uel actu inde-
cencia in verbo seu lingwa et
risu et motu tangit Seneca
in libro de quatuor virtutibus
dicens a verbis turpibus et in-
disciplinatis abstinete quia lice-
ncia eorum impudicitiam nutrit ser-
mones vtiles magis quam face-
tos et affabiles ama rectos
potius quam abscondetes vnde
Ecclesiastici xxiij Indisciplinate loq-
le non assuescat os tuum Est enim
in illa verbum peccati reprehensibilis
Est triplex risus scilicet est imodeatus
scilicet pueriliter effusus scilicet muliebri-
ter factus Circa motum vero caue-
da est nimia celeritas et nimia
tarditas Seneca Si congruens est
et animi tui et corporis motus
obserua ne indecori sint Atte-
dens ergo autor quod in dei cul-
toribus inter cetera requiritur
sermonis modestia quod fit absti-
nendo se a multiloquio Et
licet rudimento istud extendi
posset ad omnes actus qui per lin-
gwam exercentur qui in eis vi-
tia lingwe debeat euitari speci-
aliter tamen intelligendum est ma-
xime in extraneo cultu diuino vi-
tandum et hoc est quod habetur
Matthei vi ubi dicitur Orantes autem
nolite multum loqui sicut eth-
nici putabant enim quod in multi-
loquio exaudiri debeant Dicitur
autem lingwe refrenacio virtus
prima non quidem in ordine virtutum
sed in illorum ordine viciorum que non
de facili exprimi possunt et per virtutis

vehementia eo quod difficile
est ipsam lingwam reprimere et
hoc intendit autor dum dicit
virtutem primam Philosophus hunc primi
metri intelligencia atque obser-
uancia est breuiter scilicet quod triplex
praua lingwa reperitur que summo
studio venit cohibenda ac
etiam penitus abstinenda prima
est adulacionis qua blanditur in
presencia Secunda detractionis qua
mordetur in absencia Tercia
dissensionis qua seminantur
iurgia Omnes iste tres lingwe
conueniunt ut dictum est cohiben-
de ac etiam abstinende prima
quia decipit ysaie iij populus me-
us qui beatum te dicunt ipsi te de-
cipiunt Contra hanc adulacio-
nis lingwa triplex gladius ab-
scisionis reperitur primus est
ut quando ventus adulacionis flat
homo ad terram descendat
suam infirmitatem considerans
respiciens Secundus ut talis diligenter
adulacionem examinet ut ve-
niat cum se cognouerit
puerulem reputari ab eo qui
ei lac adulacionis propinat vnde
Socrates cuidam adulanti
dixit Vel proficis adulator
cum te intelligam Tercius est
ut homo tristem faciat adula-
ti ostendat Prouerbiorum xxv Princeps
qui libenter audit verba men-
dacij omnes ministros habet impios
De materia adulacionis lacius
tractatur supra in secunda parte heroicali parte
capitulo xvij qui incipit Seducens
adulacio et plenius infra in prima
parte metrica precepto xiiij^o
Cum te aliquis laudat recordare

Secunda lingwa detractoris cohi
benda est et abscidenda quia in
famat vnde sapiens ammonet
ne cum talibus simus assidui Eccli
xxiij Ne forte assiduitate sua
infatuatus imprōperium paciaris
et maluisses non nasci Contra
hanc detractoris lingwam multi
plex est gladius abscisionis
Primus gladius est scripture que
detractionem deo et hominibus osten
dit esse odiosam vnde Eccli
xxi Susurro coinquinabit ani
mam suam et in omnibus odibi
lem reddit Apostolus ad Ro i De
tractores deo odibiles Item
quia maledictum eum ostendit
et abhominabilem ita habetur
Eccli xxviij° Susurro et bi
lingwis maledictus multos tur
bauit pacem habentes Et prouerbiorum xxiiij°
abhominacio hominum detractor Item
quia scriptura ostendit qualiter
dominus puniuit hoc peccatum et hoc
in maria sorore moysi que
iusto dei iudicio fuit facta
leprosa quia detraxit ei hec
hystoria numeri xij° Secundus
gladius detractoris est cooperacio
detestabilis Detractores enim
cooperantur canibus dyaboli cuius
gregem custodientibus non enim
permittunt inde auferri vnam
ouiculam quin latrent auferen
tem et derideant vel aliter
canes isti non solum comedunt
carnes sed eciam ossa rodunt
quia non solum carnalibus detra
hunt hominibus verum eciam et spiritu
alibus in hoc assimilantur cani
rabido qui quia habet venenum sub
lingwa clamat contra solem
luna et stellas Ita detractor ad
venenum detractionis clamat contra
solem id est contra virtuosum et
contra quoscunque Item detrac
tor dicitur porco similis Por
cus enim si ex vna parte flores
videret et ex alia stercora prius
ad stercora curreret quam ad flo
res Sic detractor si de aliquo
bono et virtuoso aliqua mala
et reprehensibilia audit et non
ea que imitacione sunt digna
Item detractor similis est serpenti
id est inter multas raciones serpenti
assimilatur Serpens enim est animal
perniciosum in silencio mordet
tortuo mordit terram comedit
Sic detractor proditor est alios
enim mordet retro qui dum sunt
presentes adulare se simulat nec
detrahit nisi ubi de silencio
confidit Et sicut serpens ad strepitus
verbis et tumultibus hominum detrectat
Sic detractor timet cum videt
venire eum cui detrahit Tor
tuose eciam incedit dum inci
pit a laude eius cui vult detra
here Deinde addit Tamen quod
est coniunccio attenuativa vel sed
que est coniunccio ~~attenuat~~ aduer
sativa Rectitudine eciam inten
cionis simulat dicens se non dice
animo detrahendi Et ut fides
ei magis adhibeatur dicit se
multum amare eum cui detrahit
Terram eciam velut serpens co
medit quia quod terrenum est et
infirmum in homine hoc versat
in ore De hiis serpentibus scribitur
Deutronomii xxxiij Dentes bestiarum
immittam in eos et fere vim
Ecce ego immittam in vos serpentes

pessimos quibus nõ ẽ incantatio quia homines assueti detractionib⁹ vix corrigunt᷑ Eccĩ xxiij Ho assuetus verbis improperij omnib⁹ dieb⁹ vite sue nõ erudiet᷑ Item detractor ẽ silis illi bestie de q̄ legit᷑ Camelus trio que silis erat vrso et habebat tres ordines dencium versus et sꝫ homi silis sit tamen non ẽ homo Sic detractor nõ ẽ homo dicendus cum huãno sagne pascat᷑ In tribus ordinib⁹ dencium signant᷑ tres modi detrahendi quib⁹ detractor morsu suo in eo ẽ suũ pximũ lacerat et confundit aut em̃ aperta bona diminuit aut occulta denegat aut falsa crimĩa imponit Detractores quãtu ad hoc figurati sut p amon qui rasit media partem barbe nuncijs dd et decurtat᷑ vestes usqꝫ ad nates hẽt᷑ hysto᷑ ꝑ Reg᷑ x Barba dimidia radit detractor nuncijs .i. servi dei david scꝫ xp̄i dñi me dñi opis ab eis gesti aufert Dicat em̃ q bona faciut ꝑ intencione corrupta decurtat etiam vestes usqꝫ ad nates quia si q̄ in eis ẽ pudibudũ detegit Tercia ligwa scꝫ dissensionis cohibenda ẽ et abscidenda q̄ conturbat Eccĩ viijᵒ Calupma conturbat sapiẽtem hoc viciũ pcipue ẽ abscidendũ q̄ inter cetera vicia istud est maxime deo odiosũ vnd̃ pu vj Sex sut que odit dñs et septi᷑ detestat᷑ aĩa illi⁹ oculos sublimes ꝛc et in fĩ at᷑ vijᵒ eo qui seminat int᷑ fres discordiam

Ex vno em̃ vo q̄ d᷑ qui seminat discordiam quãqꝫ em̃ nascat᷑ tanta discordia ex qua destit᷑ vna tota pvincia Unde magne malicie ẽ semen tale seminare cu ex vno gnõ illi⁹ messis infinita mala congregat Ideo merito reportat talis fructũ maledictũ quia sustkro in ppto maledicebat Item hoc viciũ dyaᵘ malicia ostendit triste dit et cũius opus sit dyabolicũ tamen quod ipse facere non pt quãqꝫ facit p ligwa pravorũ Ideoqꝫ sepe inicia separe facit Eccĩ xxviij ligwa tercia mulieres viratas deiecit et pvat eas laborib⁹ suis hoc p quodda exm̃ non dignũ compbat᷑ legit᷑ dyaᵘˢ p xxx ãnos et plus duos coniugatos temptat᷑ et cu pvaᵘ lere non posset ut saltem sic discordarent nec verbo nec etiam voluntate mala tristi gurat᷑ se in forma iuvenis cuiusdã innueis mesticia ptendentis et subarbore in via sedents p quã queda vetula loturo erat trãsitura habebat em̃ bursam pecunie plenam Cumqꝫ vetula trãsiret ac ab eo qreret que esset causa mesticie dixit et pmisit se daturũ bursã illam si invenet q̄ eu p vinib⁹ iuuaret Cumqꝫ ergo invasset vetula se dixit esse demone qui timeret ꝑut pvincia eo q̄ p xxx ãnos laborans con tales quigatos nõ poterat eos vel facere peccãre vel in aliquo discordare Data ei pecunia recessit Vetula aute

quandam iuvenculam assumpsit
in domum suam et pergens ad
mulierem dixit ei quasi com
paciens quod vir suus illaqueatus
amore cuiusdam iuvencule erat
et cum ea adulterium commisit se
vidente in domo sua. Ideo quod
ob hoc tunicam promiserat puelle
de quocumque panno vellet et ipsa
ad stacionem viri sui nam merca
tor erat venire debebat pan
num emptura. Cum autem re
deret mulier illa quod hoc nunquam
crederet quia vir suus probus et
honestus esset ait vetula non
credatis nisi et signa videritis.
Item eadem vetula ivit ad virum
et dixit quod talis clericus ecclesie
amabat uxorem suam et cum
ea in ecclesia turpe habuerat
colloquium ipsa audiente. Dum esset
retro columpnam ecclesie in oracione
proposueratque cum dicto clerico
furtim recedere cum bonis suis.
Cum autem iste diceret se ista nullo
modo credere ait vetula non
credatis nisi tali hora et in ta
li loco eos videritis colloquentes.
Tunc vetula recessit et misit
iuvenculam ut pannum emeret
ad viri predicti stacionem quod
advertens uxor suspicata est
quod verba vetule possent esse vera
et desero prestita comedere
nequibat quod advertens vir
mirabatur et suspicabatur aliquid
esse in causa. Mediante autem
vetula mulier colloquium habuit
cum clerico habuit viro suo
advertente hiis pactis acce
ssit vetula ad mulierem. Domina
certa sis quod vir vester peccatum

iam perpetravit quod satis experta
quia vobis ostendit potuistis
advertere atque amisistis eum nisi
cito occurratis. Et cum quereret quo
modo occurrere posset ait vetula. Si
uno vero incipienti dormire tres
pilos cum rasorio de eius barba
amputaveritis eosque ~~come~~ com
bustos comestos ei dederis
iuvenculam exosam habebit et
te magis diliget quam prius. Tu
autem sequenti nocte ea premissi
sset facturam dixit vetula
viro quod uxor sua de consilio
clerici nocte sequenti eum iugulare
vellet si eum inebriare valeret
sed cavens sibi a nimio cibo
et potu ac sompno et fingens
se fortiter dormire et cum senti
ret quod uxor sua gutturi suo
rasorium apponeret manum eius
capiens familiam excitaret
ignemque iuberet accendi ut
omnes prodicionem viderent.
Cum autem ille omnia que docu
erat cum vetula fecisset in mane
suos amicos et uxores ac etiam
sacerdotem convocavit ipsamque
de prodicione accusat atque eo vin
tens rasorium ostendit. Cum
autem uxor pre verecundia tace
ret vocavit eam sacerdos et
ab ea quesivit veritatem simili
ter vocat et virum. Et postea
vocata vetula compulsa est
dicere veritatem. Ex predicto
patet quod magna est pestis
lingue male nisi freno racionis
temperetur. Sequitur versus sexdecim
proximo ille deo etc. Nota secundum addi
canones tacere capitur quinque mo
dis aliquando capitur tacere id est

inpunitatem pmitte ut xlviij d.
c. j. Aliqn sumit p occide xlvij d.
Ephesis Aliqn p 9sentie liiij.
d. Si filius Aliqn accipit tacite
i. votu facere xxvij. q. Dracom
Aliqn p offerre ut xx. q. ij. c. j.
[m] P cuius etia metri intelligentia e
breuit sciend q p moderatam
taciturnitatem multa bona p
ueniunt et multa euitant mala
la p quebona pxim deo efficitur
ut autor ix dicat quod
Tplr compbat pmo p sacrarum
scripturarum erudicionem Scdo p
sacrorum canonum tradicionem Tercio
p sanctorum patrum exempli
ficationem De pmo Salomo
pu xvj Hm e gubernare lingwam
pu x. Qui moderatur
labia sua prudentissimus est
Et ecc iij. Temps loquendi et
temps tacendi quia qui scit ta
cere et scdm racionem tacere
et loqui ille pximus e deo id
via ius et dilectus quod ondit
in tribus et quantu ad eius sapie
ciam regit et omnibus imperat
cognoscit oia tempora omni ne
gocio optuna ita tale tempus ta
cendi cognoscit Scdo quantu ad
potenciam quia sicut deus p sua
potencia omnia regit et omnibus
imperat ita iste regit lingwa
et impat sibi solo nutu vocibus et
tercio quantum ad eius clemenciam
et pietatem quia sicut deus per
suam clemenciam nemini nocet in
iuste ita ille p racionem tacens
nemini nocet i iuste. Et breui
ter dice possum q taciturnitas
racionabilis e omnis malicie ex
tincio Ecci xxx Qui odit loqui

citatem extinguit maliciam
Et nota sicut viciosum e semp
loqui sic semp tacere vnde
ysid. Seruanda e lingwa no
in solubilit liganda Taciturnitas
autem reprehendenda e praecipue
in platis quia illis tacere mors
e qui docere debent populu
vnde Ezech xxxiij scribitur
Si speculator viderit gladium ve
nientem et no insonuerit bucci
na et plus et se no custodierit
veneritque gladius et tulerit
aiam ille in iniquitate sua cap
tus e sanguinem aut eius de manu
speculatoris requiram Et aplus
Act xx. Mundus ego sum a
sanguine omni no enim subterfugi
quo minus annunciare ome consi
lium dei in vobis ydi inuit
aplus q reus sanguinis omnium esset
si eis no annunciasset vnde Ecci
iiij. Non retineas vm in tpe
salutis De scdo disponunt
canones q rector discretus
esse debet in silencio cautus
in verbo ne aut tacenda p
ferat aut dicenda reticescat
Nam sicut in cauta locucio in
errorem detrahit ita in di
scretum silencium eos qui erudiri
poterant in errorem derelinquit
Sepe namque rectores inprouidi
humana amittere gratiam formi
dantes loqui libere recta ptime
scunt Et iuxta veritatis vocem
Ioh x. Nequaquam iam gregis
custodie pastoris studio sed mer
cenariorum vice deseruiunt qui ad
ueniente lupo fugiunt dum se sub
silencio abscondunt igitur re
hunt vn Thessaliphe in canone

Si rector xliij c. Et ibi de ma
teria taciturnitatis habetur ple
nissime quod ad presens obmitto gra
cia breuitatis. De tercio quod
taciturnitas a sanctis patribus multum
commendatur primo quia spiritualem
fortitudinem facit vnde ysa. xxx
In silencio et spe erit fortitudo
vestra. Vnde abbas pastor omnem la
borem qui euenit tibi ex taciturni
tate superabitur. Secundo taciturnitas
vtrumque pacem tribuit ysa. xxx
xij° Erit opus iusticie pax
et cultus iusticie silencium vnde
quidam philosophus nomine tayso
recessit in desertum ut liberius
vacaret contemplacionibus paciet
quem cum quidam semel preteri
ens invenisset et vidisset
ridentem dixitque ei quare ridet
qui solus erat. Cui respondit ideo
rideo quia solus sum et omnibus cau
sa tristicie que ex hominum commu
nicacione accidit michi ablata est. Et
postea subdit Nunquam melius
sociatus sum quam cum solus sum.
Tercio discreta taciturnitas est
omnis mali euitacio vnde in
vitaspatrum legitur. Cum ar
senius de pallacio descenderet
ut monachus fieret rogavit dominum
dicens Dirige me domine ad
salutem. Vox quedam dixit
ei Arseni fuge tace et quiesce
hec sunt radices non peccandi.
Ad idem facit de quodam ab
bate Pysor. Cum fratribus
dixit credite quod xxx annis sunt
quod non precor dominum pro peccato
sed orans dominum dico Domine pro
tege me a lingwa mea. Et
vsque nunc per singulos dies cor
rigo per ipsum et delinquo. Alia
multa exempla super ista mate
ria adduci possent que pro nunc
obmitto breuitatis amore quia quamuis
ad quemlibet expediat autoris
seruare preceptum maxime conuenit
regie maiestati secundum quod in for
ma Aristotiles Allexandru in secretis
li. j. c. x. dicens O allexander multum
conuenit regie maiestati et
quam preciosum ac etiam honori
ficum in rege est abstinere a mul
tiloquio nisi necessitas id expo
scit. Melius est enim ut aures
hominum sitibunde sint ad eius lo
quelam quam suis affatibus satu
rentur quia saturitas aurium fa
stidium parit nec tunc ita libenter
videtur a subditis. Et hoc est
quod intendit autor dum dicit
proximus ille deo est qui scit
intelligencia magis in spe
ciali est de tali questione querendum
videlicet quod sit maius peccatum
an peccatum locucionis an peccatum
taciturnitatis. Et primo videtur
quod sit maius peccatum in locucione
quam in silencio siue in taciturni
tate. Et hoc per verbum Senece
Dyogenes interrogatus quare
inter malos taceret respondit
plus expedit sapientem tacere
quam loqui. Nam enim multos
loquendo paucos tacendo tau
uentos. Ergo in pluribus est
peccatum locucionis quam taciturnitatis.
Secundo enim aliud est conuenienter
nisi per indiscrecionem sermonis se
dicia. Interea pacis subuertitur.
Lingwa vero ignis iniquitatis
est vniuersitas. Item prouerbiorum x. In mul
tiloquio peccatum non deerit. De

silencio sine taciturnitate non tale
dicatur ergo maius malum est
malum locucionis quam taciturnitatis etc.
Contra maius est bonum locucionis
quam sit bonum silencij quia tacendo
sibi prodest loquendo est sibi vtilis
et alijs ergo peccatum quod opponitur
locucioni maius est quam peccatum quod
opponitur silencio Sed peccatum ta
citurnitatis opponitur virtuti locu
cionis peccatum vero locucionis opponitur
silencio bono ergo maius est peccatum
taciturnitatis quam locucionis Item
magis videtur esse debere precep
tum de tacendo quam de loquendo
vnde supra id psalmus vt non delinquam
in lingwa Salomon Non frustra est
lingwa in humido quia de facili
labitur et supra id Iacobus iij lingwa
ignis est etc. Cum vero sit inprocli
uiue peccatum lingwe etiam a perfectis
non quiuis debet appetere
magisterium preceptum autem ad
hoc datum est vt cohibeat se homo
a delicto non autem ita pronus est
homo ad peccatum taciturnitatis ergo
magis dandum est preceptum de ta
cendo quam preceptum de loquendo
preceptum autem de tacendo cohibere
debet a vicio locucionis preceptum
vero locucionis a vicio taciturni
tatis Solucio dicendum est quod
maius dicatur peccatum peccato vel quia
in pluribus peccatur et secundum hoc
maius dicatur esse peccatum locucionis
quam taciturnitatis vel maius dicitur
peccatum quia occasio vel causa est
maioris dampni Sed hoc peccatum
taciturnitatis est maius quia per id
subtrahitur locucio que est maior
vtilitate silencij Ad oppositum
autem dicendum est quod prima

racio sumitur ex comparacione secundum
pluralitatem delicti similiter
et secunda Ad illud vero quod que
ritur quare est magis preceptum de
locucione quam de silencio dicendum
est quod locucio pluribus modis secundum
racionem bonitatis quo ad se et
quo ad proximum preceptum autem
silencij habet bonum quo ad se tantum
precepta autem affirmatiua aliter
se habent quam negatiua Negatiua
enim sunt ad cohibendum a malo
affirmatiua vero ad proficiendum
in bono quia ergo cum proficiat
magis proficiat loquendo quam tacen
do non est magis preceptum sa
cre scripture de bonitate locu
cionis quam de bonitate silencij
cum tamen in pluribus possit esse
bona taciturnitas sed multipli
cius possit esse bona locucio
Et hoc est ergo quod intendit
autor dicens Proximus ille deo etc. De
vicijs lingwe quot sunt et quanta
mala a lingwa mala proueniunt
require supra in xxxv prose
precepto Maledicus ne esto et
ibi de materia plenissime et
quod hic deficit suppletur ibi
dem Sperne repugnando etc.
Cum dictante racionis iudicio
sententiam veritatis acceperis siue
fuit virtutis laudatoria siue
criminis invectiua Si hanc ad
aures publice multitudinis te
contigerit promulgasse stabili
fundamento veritatis innexus
ab hoc tramite nulla contrarieta
tis opinione discedas ne vi
tatis macula deturpatus pueri
litatis termen incurras dum affir
mando et negando contraria

pois in esse Conciet nulli rc
S perne repugnado tibi
tu contrarius esse Con
venit nulli qui secu desidet
ipe / Quartu autoris ptu
metricu ptz q autor in pce nti
pcepto posuit rudimeta ad
tertiu riuulu sz spei mode
stie tertij padisi fluminis sz
tempancie inducencia p qua
virtutem edocet homo q i
agibilibz nec plus nec mi9
fiat qm expedit Alud vero
subsequt in pnti pcepto pbet
rudimenta inducencia ad qrtu
padisi fluuiu sz fortitudinis
habito rspectu ad tempaciones
ferendas vel ad cotinencia q
z spes tempancie Item scdo
hito respectu ad hoc q homo
z fortis contra passiones et
non cedit passioni sed racioi
vel tercio ad racionem que z
quarta spes tempancie hito
respectu ad discrecione quia
ille discretus z cui9 discrecio
imperat voluntati hoc autem
plene pbat phus in polit
dicens 4 qui iubet intel
lectu principari iubet prici
pari deu et leges qui aut
appoit hoc z hominez hoc z appe
titu appoint et bestia Nam
cu cocupiscencia sup racone
et intellectum principatu huerit
optimates quide viros interimit
Et idem Ethi 4 in vnoqq
bene vite vtit qui contra
singula hz vtutem vnd bu
vtichil bestialis homie racoz
hnte et racone no vtente
Attendens ergo autor q in cultu

ribus suum et veri dei necessa
rio expedit ad hoc ut diui m
cultu possit pmpte et libere
exhibere uel exercere repug
nanciaz et contrarietatem q
z int carnem et spm penitus
sedare quia caro semp rebellat
spiritu et ecomuso scdm aplm
ad Gall v c et p talem re
pugnanciam mens homis im
pedit q no possit libere et
pmpte cultu diuiu intende
quod pp ter dominiu racois et
spus sup carnem sedat p ta
to autem hoc rudimetu quod
pdicta complectit nob pbet
obsuandu dicens Sperne re
pugnando rc Pro cui9 pcepti
intelligencia et obseruancia
e breuit sciendu q ad hoc ut
talis tollat repugnacia et
mens et spus cum ipa carne
tranquillet expedit q inter
vtrumq triplex pax habeatur
et p ?sequens triplex vnitas
Notandu vero z q triplex vni
tas reppit sz politica ycono
mica et monastica Et sup pa
fundat pax vniusalis et
hec z cuiuslz partis ad suu tom
i cuiuslibet homis ad suam
ciuitatem vel rgnm et hec
z vnitas politica Sunt ta n
quidam qui ad sua ciuitatez
vel regnum nuq hent pace
sed ?tinua pugna de talib
conqueri posset sua ciuitas vel
regnu dicens id cantej filij
matris mee pugnauert cont
me In pugna aute quida sut
vulnerantes quidam occidentes
Illi suam ciuitatem uel regnu

vlnerant qui bonas leges bona
statuta bonas consuetudines ꝫ
obseruancias non seruat ymo qȝ
deterius ꝫ bonas remouent p
uas introducunt que sut bonoꝝ
moꝝ corruptiue vnde dicit
Canon viij ꝗ q mala cosuetu
do nō min⁹ q̄ p̄niciosa corrup
tela vitanda ꝫ vnde de conden
tibus leges iniquas dicit ysa
x. ve qui condit leges iniqȝ
rc̄ leges inique specialit' sunt
ille que sut contra libertatem
Ecclie Et tales sic condentes
ac etiā obs͛uantes sut ipo facto
excoīcati Et nō solū con
dentes vm etiā notarij qui ta
lia statuta seu cosuetudines
in publicam formā redegerint
indicata. Sili mō sunt ipo facto
excoīcati hec notanter p
bant p decre nouit et ca
Grauem de sen exco ex tra
Illi aut suam ciuitatem uel re
gimi ociduunt qui comunitati
bonū ac statu ... como
du depriuauant uel putunt
certe talibȝ nuqȝ ē pax nisi for
te illa que fuit regi Joram
Est ne pax Jehu Dicit Jora
quarti regū ix Vidit Jehu ad
regem Joram Quid pax ad
huc fornicacōes Jezabel matris
tue et veneficia eius multa
vigent ac dicit in hystoria
q Jehu percussit regem Joram
et egressa ꝫ sagitta p cor ei⁹
Moralit p fornicacōnes in sac
scriptura semp intelligunt trans
gressiones maxime que sut
contra fidem et bonos et ideo
timend ꝫ talibus ulcōnis diuine

sagitta p corda eoꝝ aliqū ex
dicit vnde p̄u viij Cum
timet preceptū in pace versabit
Scda vnitas est yconomica
sup ista fundat pax familia
ris Et est vniuscuiusqȝ cū pximo
uel vicino uel fratres ad suū
proximū vicinū uel fratrem Istam
pacem plerūqȝ tollunt susurro
nes biligwes detractores sugil
latores mordentes et comedentes
Eccī xxviij° Susurro biling
maledictus multos eīm turbauit
pacem hn̄tes Et aplus ad
Gall v dicit Qd si inuicem
mordeatis et comederitis vi
dete ne ab inuicem consumami
ni Istis etiā nō ꝫ pax nisi ista
de qua scriptū ꝫ Jere vj dicē
pax pax et non est pax si
mulant eīm pacem ore et gla
diū portant cordi in corde
Je iiij pax erit vobis et ecce
gladius puenit usqȝ ad aīam
dicentes pax pax et non est
pax De hac tangit supra in
septimo pse precepto Saluta
libenter Tercia vnitas dicit
monstica et sup ista fundatur
psonalis pax et est pax spus
aduersus carnem Et pmo de
repugnancia que sit int car
nem et spm dicend Prima p
repugnancia talem ut supra
habitū est mens humana
impedit q nō pt ita libere
ac ecciam pmpte cultui diuino
intendere et ideo sedanda ꝫ
p domin racōis qd sic ptȝ qn
spūs pdnat carnē et caro
spitui auxiliat Prima si caro
spitu pdnaret diuinꝰ actus

totalit' impediret De tali re
pugnancia conquerebat apl'us
ad Ro xij d video alia legem
in membris meis repugnan
tem legi mentis mee et capti
uantem me in lege peccati Et
sequit' non quod volo bonu
hoc facio sed qd volo malum
hoc ago hoc to'm contingit propter
repugnanciam carnis et sp'us
Equalit' autem pax ista ro
boret' certe cum in carne vin
ta sp'us racois in viro vir
tuoso ab alio sp'u coadiuuat'
Et sic in carne vinita duplex
efficiat' sp'us propterea in eius
figura ~~helyas ad~~ helyzeus
clamabat ad helyam Oro ut
